This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

La 35. 198.

BOUGHT WITH
THE INCOME FROM
THE BEQUEST OF
CHARLES MINOT,
OF SOMERVILLE,
(Class of 1828,)
3 Aug. 1882.



See next leaf

QUEROLUS

SIVE

AULULARIA,

INCERTI AUCTORIS COMOEDIA TOGATA,

QUAM,

AUCTAM ADNOTATIONE ET RESTITUENDAE METRICAE RATIONIS TENTAMINE,

QUOD BENE VERTAT DEUS,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI,

Hermanni Bouman,

THEOL. DOCT. ET PROF. ORD.

AMPLISSIMIQUE SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

AC NOBILISSIMAE FACULTATIS PHILOSOPHIAE THEORETICAE ET LITERARUM HUMANIORUM DECRETO,

PRO GRADU DOCTORATUS

SUMMISQUE IN PHILOSOPHIA THEORETICA ET LITERIS HUMANIORIBUS HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAIECTINA

RITE AC LEGITIME CONSEQUENDIS

PUBLICO ET SOLEMNI EXAMINI SUBMITTIT

Sibout Cornelius Klinkhamer,

AMSTELODAMENSIS,

AD DIEM II IULII, MDCCCXXIX, HORA POST MERID. DIMID.

AMSTELODAMI,

APUD HEREDES H. GARTMAN.

Lat. Auth. - Poetry.
[Anonymi]

QUEROLUS

SIVE

AULULARIA,

INCERTI AUCTORIS COMOEDIA TOGATA.

RECENSUIT ET ILLUSTRAVIT

Sibout Cornelis
S. C. Klinkhamer.

AMSTELODAMI,
APUD HEREDES H. GARTMAN.
MDCCCXXIX.

La 35.198

1882, Aug. 3.
Minot fund.

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA C. A. SPIN.

VIRO NOBILISSIMO, CELEBERRIMO,

Davidi Iacobo van Lennep,

I. U. D. ORD. LEON. BELG. ADSCR. INST. REG. ART. ET DOCTR. SOCIO, IN ILL. ATHENAEO AMST. HISTOR. ELOQ. POES. ANTIQ. LITT. GRAEC. ET LAT. PROFESSORI,

PRAECEPTORI UNICE DE SE MERITO,

HOC PIETATIS, VENERATIONIS, GRATIQUE ANIMI SPECIMEN

D. D. D.

AUCTOR.

Quum ante hos quatuor fere annos scholae, quam vir Celeb. D. I. VAN LENNEP *de Historia Literaria habebat, discipulus intereram, monstravit nobis ille fabulam quandam Comicam, Queroli sive Aululariae titulo inscriptam, quae praeter opera Plauti ac Terentii sola e Romanorum Comoediis aetatem tulisset, verum, diu in paucorum Litteratorum scriniis abscondita, deinde non ita probis editionibus in publicam notitiam perlata, hodie tantum non prorsus ex hominum commercio evanuisset. Equidem continuo mirabar, superstites ex Antiquitate reliquias, qualescunque etiam, adeo parvi pendi, ac, si res dicenda sit, despicatui haberi: sed id imputabam insulso fortasse fabulae argumento barbaraeque dictioni. Ast*

enim, ubi mox praeceptoris benevolentia ipsum libellum, quem legerem, nactus eram, non sane miratus sum, sed vere obstupui, elegans opusculum mira fortunae iniuria non, uti par erat, in ore omnium manibusque versari, sed in quorundam bibliothecis delitescere plane atque consenescere. Nimirum adesse videbam fabulae et probabile venustumque argumentum, et bene moratam personarum dispositionem, et orationem, non quidem optimae notae, at longe tamen a barbarie medii aevi remotam. Haec sane non vulgaria sunt, neque apparent in omni opere, quod laudatur tamen. At vero et plura aderant, eaque his dotibus neutiquam inferiora: in sententiis gravitas, ubertas et profecto ad vitam communem utilitas, in dictis acumen ac gratia, denique nescio quis philosophiae sensus spiritusque, qui in magna operis parte dominabatur, animumque suaviter afficiebat. Verbo, novas divitias avide amplexus uno haustu fabulam quasi devoravi. Mox praeceptorem conveniens, rogavi, nonne esset alicubi, qui, nova editione diligentius procurata, in manus hominum, unde iniqua sorte excussa esset, suavissimam fabulam reponeret, eam profecto, quae neque ipsius patrocinio indigna videretur. Tum ille, pro solita ipsius in discipulos benignitate atque indulgentia, memet ipsum adhortatus est, ut, quid valerent vires, in hoc argumento periclitarer. Equidem vero, quanquam

impense laetus de tam benigno iudicio, coepi tamen verecunde laborem deprecari, petere, ut in dignioren hoc munus conferret, me vero in tenuiore materia, quae meae facultati magis congrueret, versari pateretur. Non quasi delata provincia mihi parum placeret (immo vero animus unice ferebat, ut in iucundissimo hoc argumento totum me quasi ponerem); nec quia reformidarem imminentes labores, qui perscrutandis, si qui adessent, antiquis codicibus, conferendisque Veterum Comicorum scriptis necessario erant suscipiendi: sed illud verebar, ne, quam desiderarem criticum illud in me iudicium ac pulcri sensum, sine quibus huiusmodi labor nunquam utiliter suscipitur, ipse quidem, nimis aggressus, turpiter caderem, caeteris vero argumentum praeriperem, in quo rite elaborando efficaciorem ipsi in litterarum commodum operam collocare potuissent. Verum enimvero recusantem, atque, invitum quamvis, iam discessum parantem, revocavit optimus ille praeceptor, se operis patronum atque fautorem mihi offerens. Quid multa? quem consulerem, ubi anxius haererem, qui laboranti succurreret, errantem revocaret, semet ipse liberalissime constituit. Sic res mirifice immutata, atque omnis fere scrupulus mihi exemtus est. Certus igitur, quae sentiarem, a tanto viro aut probatum iri aut tempestive improbatum, antequam in publicum prodiret,

quod, ut ait Martialis, »poterat tutius esse domi,« munus, quod neque tunc credebam, neque etiam nunc credo, a solo iuvene rite posse procurari, lubens accepi, atque alacriter laborem aggressus sum.

Ex his igitur conatibus quae prodierunt, tibi iam, L. B., offero. De quibus ut aequum ac benignum feratur iudicium, veniamque impetret sive aetas editoris, sive tirocinium, sive etiam angustum paucorum mensium spatium, quo mihi, aliis praeterea rebus occupato, haec provincia obeunda fuit, etiam atque etiam oro atque obtestor.

Prius vero quam ulterius progrediar, dulci fungar officio gratum animum testificandi iis, quos suavissimi laboris patronos atque adiutores habere mihi contigit. Quum enim omnibus fere subsidiis essem destitutus, vir Clarissimus, qui Leidensi bibliothecae, multiplicis eruditionis uberrimo fonti, praefectus est, I. Geel, *meam causam singulari benevolentia amplexus, eas, quas comprehenderet alma haec bibliotheca ad meum consilium aptas suppetias, conquisivit, et, annuentibus Curatoribus, V. V. Indulgentissimis, mecum communicavit. Porro, cum in Bibliotheca Regia, quae Lutetiae Parisiorum est, Codicem adesse scirem, quem in meos usus conferri vel maxime nostra interesset, nec tamen aliud mihi in fato esse videretur, quam ut opes illas frustra desiderarem, ecce, huic etiam*

desiderio idem applaudatus est Vir Optimus. Quippe, eo petente, vir Doctissimus I. CLASSEN, *tum forte Lutetiae degens, quem discipulum suum laudibus celebravit Niebühr, V. Ill.* (*Cf. Agathiae praef.*), *continuo molestissimum conferendi Codicis taedium suscepit, mihique operae illius fructum generosissime concessit. — Tertius ad me instruendum fautor accessit Vir Celeb.* H. W. TYDEMAN, *adlatis ex amplissima sua bibliotheca pretiosissimis suppetiis, quae non aliunde, nisi a solo illo, conferri in me potuerint. — Itaque vos, Viri praestantissimi, omnes hic appello, officioseque rogo, grates ut accipere velitis, beneficio quidem vestro inferiores, sed quas simplici sinceraque mente vobis offero, atque hoc certum habeatis, nulla esse tempora, quae possint vestrae liberalitatis memoriam ex animo meo delere.*

Tandem ad te mea se convertit oratio, quem palam hic alloqui iam dudum gestit animus, Celeberrime vir, LENNEPI! *Te igitur, te compello, quem praeceptorem mihi obtigisse semper laetari solebam atque exsultare: verum talem futurum studiorum patronum, talem, si fas est in tanto conditionis discrimine dixisse, amicum, ne votis quidem concipere unquam sustinueram. Fateor omnino a te omnem hanc meam salutem manasse, te incredibili cura ac tutela haerentem expedisse, titubantem sustentasse et confirmasse. Sed quid fateor? Profiteor iam et*

proclamo, si quid boni inest in hocce opusculo (et quidni, dum non mea laudem, inesse dixerim?) omne id tuum esse et tibi deberi. Ergo me quidem in omnem, quam vivo, vitam devinctum tibi habeto ac devotissimum, atque sic existima, tua felicitate, quam, si quid vota valent, Deus Optimus Maximus tibi incorruptam servabit, maxima ex parte et meam felicitatem comprehendi.

Lat. Auth. - Poetry.

[Anonymi]

QUEROLUS

SIVE

AULULARIA,

INCERTI AUCTORIS COMOEDIA TOGATA.

RECENSUIT ET ILLUSTRAVIT

Sibout Cornelis
S. C. Klinkhamer.

AMSTELODAMI,
APUD HEREDES H. GARTMAN.
MDCCCXXIX.

La 35.198

1882, Aug. 3.
Minot fund.

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA C. A. SPIN.

VIRO NOBILISSIMO, CELEBERRIMO,

Davidi Iacobo van Lennep,

I. U. D. ORD. LEON. BELG. ADSCR. INST. REG. ART. ET DOCTR. SOCIO, IN ILL. ATHENAEO AMST. HISTOR. ELOQ. POES. ANTIQ. LITT. GRAEC. ET LAT. PROFESSORI,

PRAECEPTORI UNICE DE SE MERITO,

HOC PIETATIS, VENERATIONIS, GRATIQUE ANIMI SPECIMEN

D. D. D.

AUCTOR.

§. II. Editores Querolo obvenerunt, et, quos iam supra tetigimus, DANIEL atque RITTERSHUSIUS, et, qui tertius accessit, PAREUS. Editio P. DANIELIS primaria est. Prodiit illa A. 1564, *Parisiis apud Rob. Stephanum*, titulo: *Plauti Querolus sive Aulularia*. 8°. — Eadem inscriptione usus est postea C. RITTERSHUSIUS, edens: *Plauti Querolum sive Auluariam ad Camerarii Codicem veterem denuo collatam*, A. 1595, (Heidelb.) *typographeio H. Commelini* 8°. Haec autem editio continet praeter adnotationes Danielis et Rittershusii etiam animadversiones, seu notas tralatitias, GRUTERI, quas ille, ut editioni subiungerentur, ad Rittershusium miserat. Praeterea additum est ei a Commelino carmen Elegiacum, quod VITALIS BLESENSIS (*Vital de Blois*), poëta saeculi vel duodecimi (*Cf. Biographie Universelle*, Paris, 1816, in voce), vel quarti decimi (FABRIC. *Bibl. Lat.* cura Ern. 1. 29), in Querolum conscripsit, ipsius Plauti fabulam tenere se putans; cuius Amphitryonem paulo ante eadem ratione tractasse se dicit (vs. 27):

Amphitryon nuper, nunc Aulularia, tandem
Senserunt, senio pressa, Vitalis opem.

Continet carmen partim fabulae periphrasin, partim tractat argumenta philosopha; ad ipsius operis explicationem vero lucis nihil affert; quapropter illud tum tertius editor Pareus omisit, tum equidem recte omittere mihi videor. — I. P. PAREUS igitur, magna ex parte in contextum receptis, quae viri docti antea mutaverant, Querolum rursus typis excudi curavit, adiectum ad calcem Comoediarum Plautinarum, quas edidit Neapoli Nemetum 1619. 4°. Praescripsit autem titulum *Plauti Hypobolimaei*.

Caeterum fabula, quam dicit I. F. KREBS (*Handb. der philol. Bucherk. Bremen*, 1822) *Aululariam sive Querolum, emendatam et comm. illustratam ab A. Benedicto*, 1754. 8°. huc non pertinet: est enim illa Aululariа Plauti.

E tribus, uas recensui, editionibus praesto mihi fuerunt duae posteriores: principem vero editionem Parisinam, rarissimum libellum, frustra me desiderasse vehementer doleo. Est tamen, quo hunc dolorem levius feramus, illud maxime, lectionem et adnotationes Danielis in Heidelbergensem editionem translatas esse, atque, si quando a decessore discrepet Ritterhusius, sententiarum discrimen accurate solere illum indicare. At haec tamen manebat incommoditas, primariam editionem desiderantem, ubi nulla aderat sententiarum contentio, distinguere me non potuisse, utrum Rittershusius ea, quae moneat, simpliciter e Danielis editione transcripserit, an vero ipse nova protulerit. Itaque omnibus istis nomen Rittershusii praefigendum fuit, quod manes Danielis, obsecro, ut ignoranti mihi ignoscant: praesertim cum maximam adnotationum partem Rittershusii ingenio curaeque deberi, luculenter affirmet Gruterus in epistolae, quam adnotationibus suis praefixit, initio.

§. III. Haec de Editionibus. Quamvis autem non aliae editiones ad meam saltem notitiam pervenerint, nescio tamen, an in patria nostra nova quondam editio parata, sed qualicunque tandem casu ad exitum perducta non sit. Nimirum HERM. CANNEGIETER, Henr. filius, vir multiplici doctrina insignis, quique et de iuris scientia et de litteris humanioribus bene meritus est, singularem Queroli curam suscepit, et, cuiusvis fere paginae margine, nec minus totis, quae ad initium finemque ad-

iectae essent, pagellis adnotatione manu sua instructis, libellum amplissima dote donavit; adeo quidem diligenter, ut non absurda videatur opinio, ipsum hunc virum novam Queroli editionem animo concepisse.

Itaque non iniuria mihi videor peculiarem quandam laudare meam felicitatem, quod hunc libellum, tanto adnotationum auctum cumulo, cum esset ille in libris Clarissimi viri Tydemanni, insigni viri humanissimi liberalitate in usum convertere mihi licuerit. — Neque etiam hae solae fuere ex eo genere suppetiae, quae mihi adlatae sint. Namque insuper ad manum fuere alia duo editionis Rittershusianae exemplaria, itidem manu exaratis adnotationibus aucta, quorum unum quidem, ex Leidensi Academia profectum, nec multa, quae usui essent, praebebat, neque nomen illius, qui adnotationes adscripserat, exhibebat: alterum vero, quod e libris exoptatissimi praeceptoris, Lennepii, mihi commodatum est, pretiosis doctissimi viri G. KOENII animadversionibus illustratum erat.

Caeterum haud negligendae nobis visae sunt in hoc argumento adnotationes et coniecturae, quibus germanam Queroli scripturam repraesentare conati sunt Gronovius, Salmasius, aliique viri docti, quasque illi hic illic per opera sua dispersas typis mandaverunt. Praesertim vero hic in censum venit vir, si quis alius, polyhistor dicendus, C. Barthius, qui in Adversaria sua multa contulit de Querolo, dignissima, quae accuratius inspiciantur.

§. IV. Indicatis subsidiis, quibus ad hanc qualemcunque editionem adornandam usus sum, sequitur, ut moneam de ratione, qua ea usurpanda esse existimaverim. Verum instat prius aliud argumentum explicandum,

res profecto neque humilis loci, nec laboris exigui. *Fabulae Metrum.* Nimirum et Codices et Editiones omnes contextum exhibent continua oratione scriptum, ita ut nusquam versus distinguantur. At vero quum ipsa lectio prodoret nescio quem rythmum et ligati sermonis similitudinem, olim iam in diversas sententias viri docti abierunt, essetne quoddam metri genus in Querolo animadvertendum nec ne. Negarunt G. I. Vossius, (*de nat. poës.* c. 2.) Querolum nuncupans »*drama prosaicum*, quod, cum non constet metro, nec poëma »dici meretur," et Reinesius, qui (*Epist. ad Bos.* p. 175) eam *fabulam prosam* vocat. Ex his tamen Vossius fatetur dictionem ad carmen proxime accedere; ita ut videatur vir doctissimus de eo scribendi genere cogitasse, quod G. Fabricius (*de Re Poët.* Paris. 1584. p. 324,) *versus opinabiles* vocat, cum videantur esse versus, nec sint. Nec magnopere ab iis dissentiunt tum Rittershusius, qui, dum ex ipsius auctoris verbis (vid. prol. vs. 1) confitetur, scriptam esse fabulam *sermone poëtico*, negat tamen accuratam certamque pedum rationem observatam esse, atque auctorem, ubi se dicit *clodo pede prodire*, (prol. vs. 21.) orationem solutam indicasse intelligit; tum quoque Fabricius, (*Bibl. Lat.* cura Ern. 1. 29, adnot.) qui, laudatis horum virorum verbis, monet faciendum esse cum iis, qui fabulam prosa oratione scriptam esse dixerant: denique Cannegieterus, locum de clodo pede similiter interpretatus: »pedestrem ser»monem, qui metrico opponitur." Aequior videtur poëtici sermonis, in Querolo usurpati, iudex esse Barthius, (*Advers.* p. 1337) Querolum duntaxat *drama semipoëticum* nuncupans, et (p. 192) hanc fabulam metrorum legibus et adstrictam et solutam esse affirmans.

Idem vero (p. 1406) ait: »fabulam non invenustam »esse, modo auctor aut perfecisset aut non affectasset »numeros, quos clumbes penitus corrupit, et iis se »atque spes suas perdidit.". Quod iudicium denuo profert alibi (p. 2010): »quodsi trochaeis illis, omnes fere »periodos contaminantibus, abstinuisset, aut puros eos »dedisset, vel Comicos saltem Iambos, poterat optimis »inter non plane bonos scriptoribus accenseri."

Fabulam partim ligato, partim soluto, sermone scriptam iudicasse videtur etiam Salmasius. Hic enim, in laudando Querolo frequens, aliis locis verba affert continua ratione scripta, aliis ad normam versuum ea disiungit (cf. e. g. Salmas. ad *Hist. Aug. Scr.* 1. 420 et 638): non tamen, si quis versus claudicaret, medicinam ei afferendam ratus est. Sed prae omnibus his magis dedita opera in metrum, quod in Querolo adesset, inquisivit G. Koenius, qui, in pluribus locis Comicos versus olim exstitisse suspicatus, postremas cuiusque versus syllabas notis distinguere incepit. Verum etiam hic labor, sive parum feliciter cedere illi videretur, sive operosior, quam pro fabulae merito, sive alia quaecunque causa fuerit, certe brevi intermissus est.

Ego, quum primum libellum perlustrarem, magis rythmum, quam numeros, deprehendere mihi visus, cogitavi de numeris illis lege solutis, quales in Saturnio carmine et Mimis Atellanis olim regnasse censentur(*): qualesque a Martiano, apud G. Fabricium, l. l., versus *inelaborati* seu *irrationales* dicuntur. Huc igitur auctoris verba de *sermone poëtico* et *claudo pede* referenda exis-

(*) De quo metri genere videatur multis L. Santenius ad Terentianum Maurum vs. 2497, sqq. (edit. a V. Cl. van Lennep procurata), 1825. pag. 173 multis sqq.

timabam, subnixus etiam iudicio, quod in praefatione ediderat antea Daniel, fabulam pene totam *versu Satyrico* descriptam esse. Cum vero accuratius fabulam perlegerem, modo inveniebam complures versus Iambicos, modo Trochaicorum seriem, quibus antiqui Comici non puriores ediderint, alios etiam versus reperiebam, qui una alterave inepta vocula eiecta, vel transposito verborum ordine, eadem laude digni viderentur. Igitur magis magisque menti sese obtulit cogitatio, integris olim verisque versibus Comicis fabulam conscriptam fuisse: quos primum fortasse ipsi scenici in agendo, deinceps librarii, Comici metri prorsus ignari, dum prosa ratione verbisque continuis opusculum describerent, atque, ubi poëtica concinnitas breviorem dicendi speciem exhibuisset, vitium illud rati, voculas particulasque plena, ut aiunt, manu ingererent, ipsumque ordinem identidem transponerent, partim obscurassent, partim vero penitus corrupissent. Qua suspicione optimi praeceptoris adsensu haud mediocriter confirmata, deinceps factis saepe et refectis periculis propemodum in certum deducta, operosus exoriebatur, at simul iucundissimus, labor, versus investigandi, quos olim auctor edidisset, eosque in pristinam conditionem, qua possem, restituendi. Verum enimvero hunc laborem quominus solus aggrederer, mea me tenuitas prorsus prohibuit: imploravi igitur praeceptoris auxilium, atque impetravi; unde qui manarint et mihi et operi pretiosissimi fructus, quilibet aequus lector facile perspiciet. — Nimirum quid mihi tironi cum veterum Comicorum in metrica ratione licentia, quidve erat cum ipsis huius licentiae modis terminisque? Unde mihi accesserit subtile acumen iudicii atque auris illa trita, qua numerosum versuum sonum

rite agnoscerem, modulantem pedum ictum iusto ordine disponerem? — Expunctis igitur ineptis istis inertibusque supplementis, quibus manifesta librariorum culpa periodi passim enervatae laxataeque essent, eiectisque glossis, quae haud paucae in contextum irrepserant, tandem exiit sermo, non qualis olim erat, ad poëticum e longinquo accedens, sed, quem auctor professus erat, *poëticus*. Fateor sane poëticum hunc auctoris sermonem non quovis loco aeque numerosum esse, neque ubivis facili cursu quasi defluere. Sed quid mirum hoc in nostro, cum in ipso Plauto et Terentio alia loca suaviora sint, alia sint duriora? Possunt autem omnia duntaxat ad normam metricarum legum exigi: atque, uti fere penes antiquos illos Comicos, sic apud nostrum variat metrum Iambicis versibus, tum senariis, tum octonariis, acatalecticis, et versibus Trochaicis octonariis catalecticis. Duobus tantum locis (vid. p. 25 et 97.) Bacchiaci versus editi videntur, quales et in Plautinis et Terentianis numeris nonnunquam reperiuntur. Caeterum ut in illorum fabulis, sic in Querolo, aliquando Iambicae et Trochaicae clausulae inter diversas metri species sunt interpositae: et bis (p. 27 et 99) vocula extra numeros posita est.

Verum adest tamen discrimen aliquod, quo auctor Queroli antiquis poëtis Comicis in metro constituendo inferior quodammodo videatur. Nimirum iure sane defendit Bentleius (*de metr. Terent.* p. 4) adversus Quintilianum *Inst. Orat.* X. 1., varietatem numerorum a Comicis poëtis ad varios affectus exprimendos diligenter adhibendam: verum in Querolo et frequentius, quam par est, octonarii et senarii versus,

Iambi ac Trochaei se invicem excipiunt, et non semper causa in propinquo est, cur subitaria mutatione sermonem indiguisse dixeris. Neque ideo absurda videatur opinio, hanc, quam sibi sumsit, libertatem, significasse auctorem, ubi se excusat, quod *clodo cum pede in agendum progredi sit ausus*: prout Ovidius quoque (*Trist.* III. 1. 11) metrum elegiacum *claudum* dixit, quod alter versus altero esset brevior. Ast nescio tamen, an perito cuidam iudici potius esse videatur, ut intelligamus, nostrum retulisse claudum illum pedem ad universum metrum Comicum, quippe quod, cum pedestri sermoni proximum dicatur, et inter hunc et orationem ligatam quasi medium intercedat, haud iniuria metrum claudicans vocari possit. Caeterum, si quidem auctoris verba sic intelligenda sunt, iure merito dixit idem sequenti versu, magnos se praeclarosque viros duces sequi.

Libertas, quam caeteroqui poëta in constituendis sibi numeris usurpavit, maxime huc redit, ut 1°. saepius elisionem (*synaloepham*) negligat, quod sequiori aetate praesertim ante litteram *h*. frequentatum esse, docuit Santenius ad Terent. Maur. p. 388. seqq., nostro vero pae caeteris proprium est; 2°. lubenter vocabula quaedam contrahat: e. g. *meum*, *cuius*, *tuae*, aliquando illi monosyllaba sint: *somnium*, *gratia*, exemplo Terentii *divitiae*, et *senatus* (p. 195.), ut huic *senex*, dissyllaba: *familiaris*, *neglegentiam*, tum *litteratura* (p. 133), et *administratur* (p. 149), quadrisyllaba sint; 3°. posteriorem in *domi*, *abi*, et, versus initio, in *mane* (p. 25 et 91), ac *vide* (p. 85 et 161), priorem in *ille*, *ipse*, *iste*, *esse*, atque, in primo versus pede, in *imo* (p. 73) et *seminudus* (p. 27), secundam in *ibidem* (p. 7) et *mathematicum*, corripiat. — Praeterea pag. 19, 95,

***

115 et 139 ineunte versu, neglecta positione, fit anapaestus.

Verum enimvero, dum in hisce disponendis immoror ac multus sum, vereor, ne quis increpet, in iisdem me quoque satis inepte magnum mihi videri, qui scilicet multis pro lubitu aut eiiciendis, aut inserendis, aut transponendis, tandem Comicos versus confinxerim. At vero, ne sic temeritatis notam incurram, quam semper equidem unice fugiendam esse arbitratus sum, animadvertendum duxi, quod deinde ipsa lectione comprobabitur, maxime transponendis verbis, quae sane haud magna est audacia, laborantibus versibus me succurrisse: siquando metrum aliquas voculas expungi iuberet, diligenter me vidisse, utrum loci sensus cum hac mutatione consentiret; denique inseruisse me voces tum parcissime, tum in iis tantum locis, ubi ex versu alioquin optimae notae excidisse aliquid haud dubium videretur. Deinde vero, quosquos hic libellus fortassis lectores nanciscatur, vehementer monitos velim, non me restitutam hanc metricam rationem iis venditare tanquam plenam antiqui contextus repraesentationem, quasi ipsa, innumeris librariorum mendis obscurata, auctoris verba ex omni parte reperisse me confiderem. Est illud tantummodo *tentamen*, quo pro viribus pristinam lucem poëtae reddere conatus sum, aliis vero non relinquens modo, sed maximopere commendans, ut imbecillo meo conatu excitati, aut in ipso hoc opere verba et versus aptius ad auctoris mentem et sententiam exigant, aut in simili argumento praestantiorem operam collocent.

§. V. Verbo hic quoque monendum videtur de ratione, qua hanc qualemcunque editionem adornandam esse existimavi, ne lector causarum, quibus inductus

sum, ignarus, iniquius iudicium ferat de iis, quae fecisse me fortasse mirabitur. Primum igitur versus illos et metricam orationem magis ad auctoris mentem accedere ratus, quam ea, quae olim pro genuino Querolo typis excusa erant, ligatum sermonem, tanquam veriorem fabulae contextum, recipiendum putavi, idem tamen non iuvenis tironis esse arbitratus sum, ut, quae prisci viri docti edidissent magna ex parte Codicum auctoritate firmata, quod mea mihi magis placerent, protinus reiicerem. Exhibui proinde duplicem contextum, alterum versibus, alterum soluto sermone, scriptum. Scio hoc molestum esse et nonnullis taedium fastidiumque moturum. Verum diu quaerenti non alia ratio videbatur aptior, qua simul candidus essem in monstrandis iis, quae aut transponenda aut expungenda iudicaveram, simul vero evitarem longe molestiorem laborem, quo, abrupto identidem orationis tenore, cuiusvis mutationis separatim rationes essent reddendae. Denique, ut liberior et facilior cuique lectori esset electio, typos ita disponendos curavimus, ut in singulis paginis versis e veteri contextu, qualis ille in editione Rittershusiana exhibetur, ea pars excuderetur, quae, in metricam rationem redacta, in pagina recta, quae illis e regione obiecta esset, legebatur. Caeterum in ipso veteri contextu nihil novi molitus sum, praeterquam quod interpunctionem, hic illic misere turbatam, iis locis, ubi sensus inde obscuritatem trahere videretur, accuratius respexerim, et negligentiorem scribendi rationem brevitatis gratia haud raro a vetustioribus usurpatam, (e. g. nō (*non*), q; (*que*), rē (*rem*), prę (*prae*), pellib. (*pellibus*), ne perspicuitas laederetur, in vulgares litterarum formas transfuderim. Verum in contextum novum

(quem ita prae fiscine dicere liceat) omnia recepi, quae vel e Codicum lectione vel e virorum doctorum coniecturis emendanda iudicabam, vel etiam ipse, ut sensus non uno loco mirum in modum contaminatus sibi constaret, hic illic pro vulgata lectione reponenda putabam.

Prouti duplicem opusculi contextum exhibuimus, duplicem quoque subiungendum censuimus adnotationum fasciculum. Scilicet mihi visa est, nescio utrum recte nec ne, sed tamen visa est ingratissima semper ea ratio, qua adnotationes, quibus de ipsis contextus verbis, verene an falso ab auctore profecta habeantur, agitur, (*criticas* fere dicunt), immiscentur iis, quae valent ad illustrandum sensum eorum, quae iam ipsius auctoris esse creduntur. Equidem igitur primo loco hoc tentandum esse putavi, ut lectionem, quoad eius fieri posset, certam constituerem: alterum officium illud mihi visum est, ut, quo minus ista lectio vel non intelligeretur, vel perperam, adiungerem nonnulla, unde lucis aliquid (si ista lux dicenda est) edita acciperent. Hinc ergo varias Codicum lectiones et Virorum Doctorum coniecturas simul cum indicatione glossarum, si quae manifestae adessent, uno fasciculo composui, eaque, quoniam cum veteribus editionibus collata essent, et ad ea prorsus pertinerent, in modum perpetui commentarii veteri contextui subiungenda curavi. Quo in argumento hoc animadvertendum videtur; varias istas scribendi rationes, quae in nullo non vetusto codice a librariis pro lubitu usurpatae sunt: *inicio* vel *iniicio*, *adgredior* vel *aggredior*, *secuntur* vel *sequuntur*, *preter*, vel *praeter*, et similia, ne inutiliter haec in molem excrescerent, a me fere esse omissas, ac tum demum commemoratas, si quod discrimen in ipso verborum

sensu illinc oriri videretur (1). — In alterum vero fasciculum, qui perinde formam commentarii perpetui referret, per cuiusque paginae pedem ab initio ad finem opusculi uno tenore decurrens, omnia contuli, quae ad sensum illustrandum inprimis necessaria videbantur; quam partem muneris antiqui editores, nescio an nimis securi, suspenso pede percurrendam esse duxerant. Addidi etiam indicationem locorum, quae e priscis Comicis aut cum ipsis verbis, aut quod ad sententiam duntaxat attinet, desumta videbantur. Haec autem omnia non ad veterem contextum, sed ad versus, in quos etiam emendationes contuleram, referenda putavi. — Praeterea vero restabant et alia quaedam, quibus in neutro illo commentariolo locus erat, ea nempe, quae peculiariter ad metricam rationem constituendam pertinebant. Scilicet quum aliquando, aut lectione paululum immutata, aut verbis alio modo iunctis, alii versus existerent, illis, qui in contextu recepti essent, haud multum inferiores, diversam hanc metri instaurandi rationem subiungendam duxi, unde ipse lector, quae sibi facilior et tutior medicina videretur, locis instaurandis adhiberet. Haec igitur statim sub ipsis versibus excudenda mandavi.

In Codicibus nulla adest Actuum et Scenarum distinctio, praeterquam quod, si novae in scenam prodeant personae, nomina rubrica scripta caeteris interponantur. Ex editoribus solus Pareus in eiusmodi distributione ordinanda curam posuit, non eam tamen, qua rem acu tetigisse videatur. Pariter equidem conatus sum fabulam in Scenas et Actus distribuere, quod an aeque

(1) De variis his scribendi rationibus fuse GOESCHEN, ad *Institutiones Gaii*, edit. prima, praef. p. 43.

infelici successu, ac Pareus, fecerim, alii iudicent. Initium saltem Actus quarti et quinti, quo loco ab ipso auctore positum fuerit, adhuc non recte me videre, ingenue fateor.

Caeterum, quod solum restare videtur de ratione, qua editionem procurare conatus sum, dicendum hoc est, monitos me velle eos, qui notas versibus impositas respicere non detrectabunt, praeter apices, quibus pedum ictus significatur, me lineola — usum esse, ubi quaedam syllabarum adesset contractio, syllabis vero, in quibus elisio negligebatur, pro diversa earum natura vulgarem notam ⏑, aut ⊢ imposuisse; denique notam ⏑ etiam addendum me putavisse, ubi, contra vulgarem rationem, syllaba ab auctore corriperetur.

§. VI. Sequitur iam, ut in ipsius opusculi naturam, auctorem, atque aetatem, paulisper inquiramus. Iam vero, quod in excutienda fabulae natura multus sim, non habeo. Est enim argumentum ei, qui prologum et primam Comoediae scenam perlegerit, manifestissimum. Quod vero ad sententias et dicta attinet, non est, ut ea loco suo moveam, et novitatis gratiam, qua quisque litterarum amantior ipsa lectione delectabitur, iis praeripiam. Animadvertimus tantummodo hanc fabulam solam esse superstitem ex earum genere, quae *Togatae* a Romanis dicebantur: ita tamen, si recte nos fabulam nostram ideo Togatam dicimus, quod praecipuae personae Latinum nomen inditum sit, et auctor Romanos magistratus legesque commemoret, Graecumque locum nusquam affectet. Est enim publicae notitiae, frequentissime Plautum etiam in Palliatas suas Comoedias Romanos mores, leges, loca et homines

induxisse (1). Verum si tenemus, quod Seneca (*Epist.* VIII.) de Togatis monet, habere eas aliquid severitatis, et medias esse inter tragoedias et comoedias, non inepte haec in fabulam nostram conveniunt, cuius sermo, saltem in priori parte, severior est, quam qui in Comoediis Palliatis priscorum Comicorum regnare solet.

Caeterum haec non pertinent ad ea, quae in priscis editionibus ad finem fabulae ex panno alieno adsuta sunt, de quibus et ipsi ad finem fabulae monebimus.

Sed his omissis, nunc venio ad investigationem, quis tandem fabulae auctor fuerit. Quo vero minus hac parte officii rite fungamur, haud nostra culpa, sed fortuna prohibet. Cuius rei aequus lector ipse iudicium ferat. Nimirum Comoediis Plautinis, quas ipsis antiquis incertas ambiguasque fuisse, docent iam (Gell. *N. A.* III. 3, et Macrob. II. 1.) diu fabula nostra accensa fuit, nomenque *Plauti* ei praefixum, quod in omnibus fere Codicibus ad caput fabulae adscriptum reperitur. Itaque Plauto illam adiudicarunt cum Io. Saresberiensis (*Policr.* II. 25, ed. L. B. 1639. p. 119), tum Vitalis ille, de quo supra vidimus, et vero etiam Servius ad Aen. III. 286, (sive quisquis alius conscripsit, quae ad eum locum in Servianis leguntur), ut non, qui his additur a Vossio (*de nat. poëtices* c. 2) et Fabricio (*Bibl. Lat.* l. l.), Luitprandus (*de reb. ab Europ. Imp.*

(1) Cf. e. g. *Amph.* I. 1. 3, *Asin.* I. 2. 5, *Aul.* III. 2. 2 et 31 sq, *Capt.* III. 1. 29, IV. 2. 35, *Curc.* II. 2. 19, III. 1. 6. et 30 sq, inprimis IV. 1. passim, *Cas.* II. 6. 2, III. 1. 10, *Bacch.* II. 3. 36, et fragm. ex *Bacch.* laud. vs. 15, *Men.* IV. 2. 19 et 23, V. 8. 99, *Mil.* IV. 1. 15, *Poen.* III. 2. 7 sq. et 6. 12, V. 2. 52, *Pers.* I. 2. 20, *Rud.* II. 3. 43, IV. 2. 22, *Stich.* II. 2. 29, *Trin.* I. 2. 27, II. 4. 144, III. 1. 8; et *Truc.* II. 2. 20, et 6. 14, III. 2. 23. Caeterum conf. Scaliger, *de Poëtica*, p. 709.

et Reg. gest. I. 3.); quippe qui locum e nostro (II. 3. 136 sqq.) mutuetur quidem, sed neque operis neque auctoris mentionem faciat. Praeterea e recentioribus complures, sive revera Plautum auctorem esse rati, sive vulgarem consuetudinem secuti, Querolum *Plauti Comoediam* dixerunt, Salmasius autem aliis locis Plautum fabulae auctorem citat, aliis Pseudoplautum vel incertum auctorem commemorat (1).

Verum enimvero M. Accii Plauti Comoediam nequaquam esse hanc fabulam, indubitato testimonio arguit ipse auctor (prol. vs. 7.), fabulam suam *investigatam Plauti per vestigia* affirmans; arguunt etiam omnia illa, quibus longe recentior operis aetas esse docetur. Ut Plautus ipse, sic etiam *Plautius* ille, quem Varro apud Gell. l. l. multas fabulas, Plauto adiudicatas, conscripsisse affirmat, operis aetate recentiore excluditur. Quam autem Barthius commemorat (*Advers.* 2009.) nonnullorum opinionem, ab recentiore quodam *Plautio* fabulam conscriptam videri, illa praeter nominis similitudinem nihil habet, quo nitatur. Idem locum obtinet, si ipsius Barthii sententiam respicimus, fabulam ad *Plautum iuniorem* referentis, atque ad hunc virum mire satis locum istum *de clodo pede* accommodantis (2).

Equidem vero, quod ad has coniecturas attinet, nisi vehementer me fallit opinio, faciendum censeo cum Daniele (praef. init.) dicente: »Fieri potest, ut auctori »nomen Plauto vel Plautio fuerit, nec adulterina sit in-

(1) Cf. e. g. eius adnot. *Hist. Aug. Scr.* II. 372, cum iis ad p. 420 *ibid*, et in *Plin. Exerc.* II. 788.

(2) *Advers.* (p. 2013): »Docti hunc locum ad metrum referunt, ego »vero homini ipsi vitium aliquod in pedum altero fuisse existimem, quo »Plautum sese vel dixerit, vel nascens aut alio casu fuerit appellatus."

»scriptio..... Magis tamen puto Accii *Plauti* veteris »Comici nomen esse, atque ab imperitis librariis ad»iectum" (quod equidem sane potissimum arbitror) »aut »ab ipso auctore adoptatum."

Erit fortasse, ut, hinc Plauti nomine repudiato, fabulam aliquis ad veterem Comicum referat *Luberium*, cuius *Autularian* laudat Nonius (vid. Fabric. *Bibl. Lat.* cura Ern. I. 477): verum etiam hic, quum fabula manifesto aetatem seriorem prodat, in censum venire nequit. Quod igitur ex illa aetate auctor indagandus videretur, fuerunt Viri Docti, neque illi aut leves auctoritate, aut numero pauci, Vossium dico (1), Gronovium (2), Pareum (3), Taubmannum (4), qui fabulam adiudicarent *Gildae* cuidam, scriptori Britanno, aliis Badonico, aliis Albanico dicto (5), quem, ut facias quammaxime antiquum, certe non ante medium saeculum sextum post Chr. N. floruisse dixeris. Ipse Barthius, quem supra alio loco aliam sententiam edidisse vidimus, alibi (6) magis in hanc inclinat, pro qua Vossius quidem hoc affert, Codices quosdam manu exaratos Gildae nomen exhibere. At vero, tametsi, Codices illi quales fuerint, ignoramus, certum habemus, nullam illi inscriptioni tribuendam esse fidem. Gildae esse Querolum, iam viri docti Usserius (7), Reinesius (8), Fabrottus (9), et Fabricius (10), negarunt: et profecto illa opinio nulla

(1) de *Hist. Lat.* II. c. 21. p. 80. (2) *Observ. in Eccles.* c. 19. p. 204; *de pecun. vet.* l. 4. p. 387. (3) in *Praef.* ad Querol. (4) *adnot.* ad Plautum, a se editum, p. 1498. (5) Dicitur etiam a multis *Gildas Sapiens* et *Britanniae Anacharsis*. Complures viros hoc nomine in Britannia per ea tempora exstitisse, vide sis in *Bibliotheque Universelle*, voce *Gildas*. (6) *Advers.* 192, 1337, 2009, et ad Claudian. p. 852. (7) *Antiq. Eccl. Britt.* 14. (8) *Epist. ad Bosium* 39. (9) in dissert. *de morte volant.* tom III. thes. Iurid. p. 1192. (10) *Bibl. Lat.* I. p. 30.

* * * *

veri specie commendatur. Nimirum in paucis iis operibus, quae ab hoc Gilda conscripta exstant, oratio barbarior et sermo impeditior reperitur, quam ut, qui talia scripsit, auctor elegantis fabulae Queroli haberi possit; tum vero etiam testimonio Servii aliisque indiciis prohiberi videmur, quominus hanc fabulam ad scriptorem inferioris Theodosio aetatis referamus. Quae cum ita sint, equidem fere fecerim cum Fabricio, statuenti (l. l.), ansam isti opinioni parum verisimili dedisse epistolam Gildae Sapientis de excidio Britanniae et Castigationem Ordinis Ecclesiastici, quae *liber Querolus* inscribitur.

Denique recensendus superest, qui propriam sibi habet sententiam, W. I. Fuhrmann (1), contendens, Querolum opus esse iunioris scriptoris nomine *Lepidi*. Causas autem, quibus in hanc sententiam adductus sit, nullas addidit vir doctissimus. Certum est, aliam Comoediam, quam huic poëtae Comico adsignaverat olim Manutius, *Philodoxium* nomine, merito abiudicasse illi Fabricium (*Bibl. Lat.* ed. Ern. III. 239, ibique adnott). Alia autem de Lepido illo nota non sunt. — Quocirca, quod ad hanc nostram fabulam pertinet, cavendum est, ne pariter vanis irritisque indulgeamus coniecturis. Nos quidem ingenue confitemur, auctorem Queroli nobis videri *incertum*.

§. VII. De *aetate* Queroli quae moneam, neque ipsa eiusmodi sunt, ut tenebris, quibus etiam haec res obscuratur, manifestam lucem afferant, plura tamen et evidentiora, quam quae ad auctorem investigandum praesto esse videbantur. Etenim omnia ista, quae in fabula

(1) *Handb. der Class. Literat.* Rudolst. 1809. III. p. 62.

tum e Plauto, tum e Terentio, servatis eorum verbis, afferuntur (1), laudatus ipso nomine Tullius (2), et luxuriosus iste Apicius (3), deinde versus aliquis manifesto e Martiali poëta desumtus (4), animum iam prorsus revocant ab antiquis illis temporibus, et in aetatem posteriorum Imperatorum convertunt. At vero neque Antoninorum aetatem, multis scriptoribus nobilem, eam esse, qua haec fabula in lucem prodierit, haud uno indicio manifestum est. Primo huc pertinent haud pauca sequioris Latinitatis vocabula, quae facilius penes Iurisconsultos, quam in Classicorum scriptis reperias, quin illa adeo, quae peculiariter a scriptoribus quarti post Christum saeculi usurpata sunt; tum nomina quoque, quae circa eadem tempora usu recipi coepere. Huc referimus *gesta* de actis publicis (5), et *iudicem* dictum non eum, qui lites discernit, sed magistratum (6); *officii principem* etiam, quamvis hoc tamen munus iam ab aetate Alexandri Severi notum esse videatur (7). Denique quod inprimis ostendit, hoc opusculum tempore *labentis Imperii Romani* (*le Bas Empire* quod dicitur), in lucem editum esse, querela est illa de argenteorum nummorum levitate (8); est enim publicae notitiae ex reliquiis, quae nostram aetatem tulerunt, argenteos nummos illo tempore et saepe levissimos et non raro fuisse adulteratos.

Itaque his argumentis ducti, aetatem Queroli non facile quarto saeculo antiquiorem statuimus. Sunt autem permulti viri docti (9), qui ad Theodosii Imp. aeta-

(1) Cf. e. g. pag. 15, 23, 27, 49, 65, 73, 83, 93, 123, 141, 147, 173. (2) Cf. pag. 105. (3) Cf. pag. 79. (4) Cf. pag. 39. (5) Cf. pag. 109. (6) Cf. pag. 59 et 143. (7) Cf. pag. 141 et qui eo loco laudantur. (8) Cf. pag. 131. (9) Daniel et Ritt. in *adnotat.* princ. et *praef.* Pareus ad *prolog.* init. Paul. Colomesius ad *dialog. Gyraldi,*

tem, exeunte illo saeculo, fabulam referant, eo maxime argumento, quod poëta fabulam suam Rutilio inscripserit, quem existimant Rutilium illum Numatianum fuisse, haud ipelegantis carminis, *Itinerarii*, scriptorem, Theodosii et Honorii Impp. aequalem. Verum haec sententia, vereor, ne magis audacter edita, quam aliquo modo probata sit. Etenim poëta, ubi hunc patronum suum laudibus extollit, praedicat omnino eius philosophum ingenium, sed ne verbo quidem poëticae facultatis in illo conspicuae mentionem facit. Nec magis, quae vulgaris einamodi clientium consuetudo est, auctor Queroli dictum aliquod usurpavit, quod suspicemur ex Rutilii Itinerario eum transtulisse. Denique, cum Rutilius saepius acriter in sacerdotes Christianos invehatur, noster neque, ut patrono nempe gratificaretur, itidem eos ac sacra Christiana impugnat, neque etiam eorum patrocinium suscipit; sed altum hac de re silentium agit. Quare non existimem, quod Barth. (*Adv.* 2010) ex verbis praefationis: *qui solus novit, noverit*, efficere conatur, auctorem Queroli novis sacris addictum fuisse. Sane, vel si haec vocabula, quae de philosophis intelleximus, ad Deum referenda sint, ne sic quidem inde opinio ista firmatur. Nam constat, etiam antiquis gentibus haud insuetum fuisse de Summo Numine singulari numero loqui, et ad solum illud veram scientiam referre.

Quando igitur haud verisimilem ducimus esse opinionem, qua Rutilio *Numatiano* fabula inscripta esse dicitur, possit quaestio verti de Rutilio quodam, cuius ut sanctissimi martyris Tertullianus meminit libro *de fuga in*

de poëtis, p. 431. Vossius, *de poët. Lat.* p. 59, *de Idolol.* t. v. (in f°.) 98; *de arte poët.* p. 35 coll. 12.

persec. init. Certe huius viri mentio facta est incerta manu in tegumento membranaceo, quo codex iste Vossianus instructus est. Verum neque ad martyrem illum recurrendum videtur. Nam profecto gens Rutilia, quae tulit olim Rutilium illum Rufum, virum, teste Velleio (II. 13), »non saeculi sui, sed omnis aevi, optimum" satis et nobilis et potens Romae fuisse videtur, ut in aliquem ex illa stirpe oriundum, qui litterarum et philosophiae studiosus esset, ea, quae in patronum suum noster contulit, recte convenirent.

Itaque nomen Rutilii nequaquam eo valet, ut, fabulam Theodosio imperante exstitisse, tanquam res certa accipienda sit. Eam autem revera antiquiorem esse, aut egregie fallor, aut efficitur testimonio Grammatici ad Virg. *Aen.* III. 226, *Querolum Plauti* laudantis. Qui, si Servius fuit, Theodosiani aevi scriptor, de opere sua aetate exorto sic errare non potuit: ac ne iunior quidem Servio Grammaticus facile sic nisi de multo antiquiore se opere erraverit. Verum quod inprimis huc facit, indicium est ex ipso opere petitum, quod iam diligentius excutiamus. Scilicet A. 1. Sc. 2. vs. 199 sqq., ubi Querolus petiverat, ut liceret sibi, nullis impedito legibus, potentiam et violentiam libere exercere, suadet illi Lar familiaris, ut ad Ligerim flumen migret: in iis regionibus enim rusticos et privatos rerum summam tenere, licere ibi omnia, vires pro legibus haberi. Atqui narrant Aurelius Victor (vel quicunque alius librum *de Caesaribus* scripsit), Eutropius, Hieronymus, aliique, quos laudat vir haud uno nomine de litteris bene meritus, Du Cange (voce *Bagauda*), vixdum rerum potitis Diocletiano et Maximiano, in Gallia ad Ligerim fluvium rusticos et

agricolas (prouti Salvianus narrat, *de Gubern. Dei*, V, magistratuum Romanorum saevitia et avaritia in desperationem versos) defecisse, et mox omnia latrociniis infestasse, quos latrones incerta nominis origine (1) *Bagaudas* dixerint: bellum autem, itidem *Bagaudicum* dictum, saepius repressum renovatumque, ac post complurium demum annorum spatium aegre extinctum esse. Easdem turbas respiciens Rutilius Numatianus (2), *oras Aremoricas*, inter Ligerim et Sequanam sitas (3), sua aetate tandem pacatas refert:

Cuius Aremoricas pater Exsuperantius oras
Nunc postliminium pacis amare docet:
Leges restituit, libertatemque reducit,
Et servos famulis non sinit esse suis.

Quem locum Wernsdorfius minus recte, ut mihi videtur, de Gothis intelligit.

Itaque, dum quid certius afferatur, hoc maxime indicium sequens, aetatem, qua fabula nostra exorta est, equidem inter Diocletiani et Constantini tempora obtinuisse statuam.

§. VIII. Restat, ut verbo moneam de *testimoniis*, quae viri docti super hac fabula ediderunt. Antiqui interpretes eam in magno pretio habuisse videntur. Nam, quod e locis, quae infra in adnotatione collata sunt, apparebit, passim verba e Querolo laudant Barthius et Salmasius, laudant etiam Iuretus et Lindenbrogius, sed praesertim Du Cange, qui ad Glossarium suum adornandum frequenter hoc libello usus est: porro Taub-

(1) de hac origine quaerentem vide sis Du Cange, voce. (2) *Itinerarium*, edit. Wernsdorf. I. vs. 213 sqq. (3) Cf. Wernsd. in adnotat. et excursu de Exsuperantio.

mannus, Gifanius, Vossius, Gronovius, Certius, Drakenborch, Elmenhorst, Burmann, et Henr. Cannegieter, non uno loco Querolum commemorarunt; quinimo neque prisci illi Iurisconsulti, Cuiacius, Freherus, Fornerius, Fabrottus, Brissonius, opusculum ignoraverunt. Quo magis profecto mirum nobis accidit, in recentioribus Lexicographorum et Metricorum scriptis, ubi Queroli mentio modo non prorsus necessaria videatur, fabulae notitiam desiderari. Verum et caeteri recentioris aevi scriptores fabulam indignam iudicasse videntur, quam raptim inspicerent: atque sic factum est, ut nostris diebus quasi de consulto elegantissimum opus neglectui atque oblivioni traderetur. — Nec silendum est, fuisse, qui conviciis et calumniis in Querolum inveherentur, in his ipsos commentatores, Gruterum (1) et Pareum (2). At, si qui forte etiamnunc cum iis faciant, vereor, ne in hos recte conveniat dictum Henr. Cannegieteri (3): »auctor huius »fabulae nullo loco habetur a multis; verum hi tales sunt, »qui illum non intelligunt." Praeclarum utique praeconium est Barthii (4), laudantis »colloquia mirifice facta »ad usum communem, acuta, rotunda, decori per »sonaeque egregie servientia," adiicientis autem (quod facile intelligas, emblemata cogitans, quibus oratio in codicibus offuscatur: »longe meliorem fabulam in »recessu et eloquentiorem inventurum, qui lectionem »iterarit eius." Magnifice etiam Rittershusius (praef. post med.) non commendandi sibi locum esse dicit eam fabulam, »quae et argumenti varietate mirifica, et sententiarum gravitate, et dictionis Comicae elegantia ipsa

(1) *Not. Tralat.* init. et sub finem, coll. etiam ad pag. edit. Heidelb. 33. (2) in *praef.* ad Quer. (3) *Rescr. Boxh.* XXVII (edit. Catonis, cur. Arntz.) pag. 479 extr. (4) *Advers.* 2010.

» sese satis commendet." Equidem vero quominus hoc loco merito praeconio opusculum celebrem, prohibeor metu, ne videar caeco amore ferri in auctorem, in quo laborem mihi ponendum esse arbitratus sim, quin dicat fortasse, una cum auctore eiusque opere et mei laboris laudes celebrare voluisse. Linguam igitur comprimo, et virorum, quos memoravi, testimoniis adquiescens, hanc unam adde, de qua siluerunt illi, probitatis ac pudicitiae laudem: dotem, ipso teste Plauto (*Capt.* sub finem), in antiquis Comoediis rarissimam. Ergo, quod ille de Captivis suis, recte noster dixisset de Querolo:

Spectatores, ad pudicos mores facta haec fabula'st,
Neque in hac subagitationes sunt, neque ulla amatio.

Quare iam nos etiam in fabulae favorem cum illo precamur:

Qui pudicitiae esse voltis praemium, plausum date.

QUEROLUS,

SIVE

AULULARIA.

DRAMATIS PERSONAE.

LAR FAMILIARIS.

QUEROLUS, Euclionis filius.

MANDROGERUS, parasitus et magus.

SARDANAPALUS.

SYCOPHANTA.

PANTOMALUS, servus.

ARBITER.

PRAEFATIO AD RUTILIUM.

RUTILI, venerande semper magnis laudibus, qui das honoratam quietem, quam dicamus ludicris, inter proximos et propinquos honore dignum putas, duplici fateor, et ingenti me donas bono, hoc testimonio, hoc collegio: haec vera est dignitas. Quaenam ergo his pro meritis digna referam praemia? Pecunia, illa re-

---

Proximos et prop.] Expungendum videtur *et*. Sic *proximi cognati* est l. 40. D. *de legat.* III. (32), l. 8. Cod. *de relig.* (3. 44), saepius. Non tamen dissentimur, ab Ammian. Marc. passim voc. *proximos* absolutum pro comitibus, sodalibus, aulicis Principis exhiberi: de quo usu Vales. ad l. XVI. 9. C. Voss. *proximos et prop.* exhibet, unde f. *primos* (eos, qui in amicitia tibi primi sunt) aliquis non inepte legerit. *honore*] C. Pith *et h.* Koen. et Canneg. *quod h.* Barth. *Advers.* 2010) *honorum* (?) *putas*] Barth. l. l. *putans*. *rerum*] Ritt. et Canneg.

---

vs. 1. *Rutili*] de hoc videantur Prolegomena. — *vs.* 2. *Honoratam*] i. e. quietem cum honore, otium cum dignitate. — *vs.* 3. *Proximos*] cognatis ad virum nobilem aditus patebat, quando externis ille praeclusus erat. Non cogitandum videtur cum Canneg. de iis, qui in sacerdotii dignitate proximi essent Rutilio, nec magis de munere proximi sacrorum scriniorum atque honore *proximatus*, de quo Brisson. *de Verb. Sign.* add. l. 1. et 4 C. *de*

PRAEFATIO AD RUTILIUM.

Rutilí, venerande sémper magnis laúdibus,
Qui dás honoratám quietem, quám dicamus lúdicris:
Inter proximós propinquos dignum honore (quód) putas,
Dúplice et ingenti, fáteor, me donás bono,
Hoc téstimonio, hóc collegio; haec est vera dignitas.
Quáenam ergo hís pro meritis digna referam praémia?
Pecúnia, illa rérum ac sollicitúdinum causa ét caput,

---

prov. scrin. XII. 9. — *vs.* 5. *Collegio*] intelligo convictum; sodalitatem: uti etiam infra: *improborum collegium*. Sic in *Script. Hist. Aug.* II. 293, qui locus male vexavit Casaub. et Salmas., *iuvenes Romano digni collegio*, intelligendi videntur digni, qui Romae inter cultiores versarentur. Significationem e Lexicographis solus Du Cange commemorat. Cannեg. aliquod sacerdotum collegium indicari suspicatur. — *Duplex* autem hoc fuit beneficium, quum et honore, quo sic poeta haberetur, tanquam virtutis *testimonio* fama eius et *dignitas* cresceret, et ex iucundissimo illo convictu summam ipse voluptatem perciperet. — *vs.* 7. Sententia, ut alios mittam, in Comicis passim obvia. Menander (in *Reliquiis*, Amst. 1709) p. 143. coll. 31, 155, 185. Philemon, ibid. 323. Plaut. *Aeiu.* III. 3. 46.

rum ac sollicitudinum caussa et caput, neque mecum abundans neque apud te preciosa est. Parvas mihi litterulas non parvus indulsit labor. Hinc honos atque merces: hoc manebat praemium. Atque ut operi nostro aliquid adderetur gratiae, sermone illo philosophico ex tuo materiam sumpsimus. Meministine ridere tete solitum illos, qui fata deplorant sua, atque Academico more, quod libitum foret, destruere et adserere te solitum? Sed quantum hoc est? Hinc ergo quid in vero sit, qui solus novit, noverit: nos fabellis atque mensis hunc librum scripsimus. Materia haec est: Pater Queroli nostri fuit

---

f. *curarum*. *manebat*] C. Camer. Pith. et Paris. *manebit*, quod suadent Parens et Koen. *mater. sumps.*] C. Voss. *sumps. mater.* *ridere*] Par. *videre*. *sed quantum*] Barth. l. l. *sectandum*. *quid*] C. Vet. *quod*. *solus*] malui *unus*, cuius istud glossa videtur. *librum*] C. Paris. in marg. *libellum*, quod C. Voss. antea habuit, sed istae litterae erasae sunt. *materia haec est*] in C. Voss. haec maiori forma et rubrica scripta sunt; C. Paris. ita: *Explicuit prooemium. Materia incipitur.*

Aul. II. 2. 87. *Stich.* III. 1. 9. — Neque pro *rerum* malumus *curarum*, neque nobis cum Barth. *Advers.* 2010 intelligendae videntur lites: sed simpliciter et universe dictum arbitramur pecuniam rerum esse caput. Mala, quae hinc oriuntur, luget copiose Soph. *Antig.* 295 sqq. — *vs.* 8. *mecum*] i. e. penes me: cf. infra et Pers. IV. 52. De pauperum in divites donis eleganter Menand. p. 273. Philem. p. 367. Terent. *Phorm.* I. 1. 7. — *vs.* 9. *parvas*, intelligo cum Barth. (2007) tenuem doctrinam. — *vs.* 10. *manebit*] hoc *tibi* praemium manebit, tibi tribuetur. De operis laudatione, mansurum illud nec periturum, in scriptore, qui *parvas* tantum litteras habere se confitetur, non cogitandum est. Lectio *manebat* valet: *restabat, supererat.* — *vs.* 15. *Academico more destruere atque adserere*] i. e. in utramque partem disputare. — *Quantum hoc est!*] mirantis et se quasi reprehendentis. Quid tango *tantas*

Neque mécum abundans, néque apud te pretiósa est.
Párvas lítterulas mihi non párvus indulsít labor:
Hínc honos (est) átque merces, hóc manébit praémium.
Atque ut operi nóstrō aliquid ádderetur grátiae,
Sérmone ex illó philosophico tūo materiam súmsimus.
Méministin' illos té ridere, fáta qui ploránt sua,
Académico atque móre, quod libitúm foret,
Déstruere atque adsérere (eundem) té solitum. Sed quantum hóc est!
Hínc ergo quid ín vero sit, qui únus novit, nóverit,
Nós fabellis atque ménsis hunc libellum scrípsimus.

---

res? quid adgredior argumentum solis philosophis dignum? Itaque ex istorum numero aliquis iudicet, quid de iis disceptationibus sentiendum sit. Nos potius *fabellis etc.* Quodsi hoc displiceat, cum Barthio fortasse aliquis *sectandum hoc est*, malit. — *vs.* 16. *hinc*] i. e. *de his, ex his;* dictio nostro solemnis. Sic utitur etiam vocabulis *inde, exinde, unde* (infra I. 2. 43). *Unde*, pro *a quibus* etiam exstat apud Horat. *Carm.* I. 28. 28 et II. 12. 7. (ut Pind. *Olymp.* II. 82. ὅθεν pro ἐξ οὗ). Dictionem illustrat Salmas. ad *Hist. Aug.* II. 396. et Cort. ad Sall. *Iug.* c. 14. p. 484. Fortasse ita Virg. *Georg.* I. v. 5. *hinc canere incipiam.* — *qui unus novit*] ridet Stoicos et mathematicos, qui apud se *unos* veram *scientiam* adesse gloriabantur; quibus prorsus contraria erat assidua ista Academicorum dubitatio, qui, *quid in vero esset*, nescire se dictitabant. De Academicis iudicium cohibentibus vid. Cic. A. Q. IV. 23. et qui plures laudantur ab Elmenh. ad Arnob. *advers. gent.* II, adnot. p. 66. Minus recte Barth. illud *qui solus* sive *unus novit* ad Deum refert, atque hinc auctorem Queroli Christiana sacra coluisse efficit. — *vs.* 17. *fabellis atque mensis*] (ἢν διὰ δυοῖν) mensarum sive conviviorum confabulationibus. Prouti solebant in conviviis ab anagnostis saepius comoediae recitari, ita habebant ditiores

avarus Euclio: Hic Euclio aurum in ornam congessit olim, quasi busta patris, odoribus insuper infusis, tituloque extra addito. Navem ascendens ornam domi fodit: rem nulli aperuit. Hic peregre moriens parasitum ibidem cognitum filio coheredem instituit tacita scripturae fide, si eidem thesaurum occultum sine fraude ostenderet: locum tantummodo thesauri senex ostendit. Oblitus doli parasitus navem ascendit, ad Querolum venit et rupit fidem: Magum mathematicumque sese fingens, et quicquid mentiri fur potest. Ea quae a Patrono didicerat Queroli secreta et familiaria, quasi divinus loquitur. Querolus fidem accommodat, auxiliumque poscit. Parasi-

---

busta] repone, quod infra passim, *bustum*. *insuper*] C. Camer. *super*: quod iungit Grut. cum *infusis*: add. Drakenb. ad Liv. 21. c. 2. p. 345. *fodit*] C. Pith. et Paris. *defodit*, Barth. (*Adv.* 2011) et Canneg. *infodit*, Par. *fuit* (?) *fide*] C. Paris. *fidem*. *oblitus doli*] C. Camer. *dolo*, Grut. et Par. *dolis*: Ritt. f. *obstitit dolis*; Canneg. f. *oblitus dicti*: Barth. (*Adv.* 2011) et Koen. iungunt cum prioribus: *ostendit, oblitus doli*. *Queroli*] Canneg. *Querolo*. Legimus, expuncto *Queroli*, quod a glossa videtur, *secreta familiaria*. Haec enim erant patri et filio tantum nota.

---

inter servos histrionum familiam, qui coenanti domino eiusmodi fabulam agerent. vs. 18. *Materia est haec*] non pro superscriptione habenda sunt. Pergit auctor a se rebusque suis ad exponendum fabulae argumentum, quod perinde offendimus in Plauti prologis: vid. *Amph.* prol. 96. *Asin.* 8. *Casin.* 80. *Men.* 5. *Poen.* 46. *Rud.* 31. *Trin.* 16. — Queroli *nostri*, illius, quem nos inducimus ex ista querulorum turba, *fata qui plorant sua*. Redeunt infra A. I. S. 1. vs. 11, eadem fere. — *Vs.* 19. *bustum*] ipsos intelligit *cineres*: cf. mox v. 19, 32 et A. I. S. 1. Exquisitior est vocabuli significatio, cuius exemplum fortasse in Stat. *Theb.* XII. 247. — *vs.* 20. *titulo*] pro sepulcri inscriptione Iuven. VI. 239. — *vs.* 23. *tacita scripturae fide*] Neque per codicillos neque per solam *epistolam* (nulla enim h. l. adest *testium* commemoratio, quan-

Matéria est haec. Fuit Quéroli nostri páter avarus Eúclio.
Hic Eúclio in ornam aurúm congessit ólim, quasi bustum
Odóribus supérne infusis, tituloque extra addito. (patris,
Návem adscendens dómi defódit órnam, rem nulli áperuit.
Hic péregre moriens párasitum ibídem cógnitum
Fílio coherédem instituit tácita scripturáe fide,
Thesáurum occultum si éi sine fraude ostenderet.
Locúm senex tantúm thesauri ostendit, oblitús doli.
Parasítus, navi adscénsa, ad Querolum vénit et rupít fidem,
Fingens se magum ét mathematicum et quód mentiri túr
Ea, quáe didicerat á patrono, sécreta familiária (potest:
Quási divinus lóquitur. Illi Quérolus fidem accómmodat,

---

quam infra Act. V. codicilli dicantur) heredis institutio fieri poterat. Vid. § 2. Inst. de *Codic.* a. 25. coll. tit. Dig. 29. 7 et Cod. 6. 36 passim; itaque minus eleganter, uti aiunt Iurisconsulti, auctor parasitum Euclionis Querolo *coheredem* adiungit. Verum neque stricta haec Iuris Civilis observatio in poeta placuerit. *Scripturae fides* autem vel dicitur scriptura, quae deinceps parasiti verbis *fidem* adderet, prouti Act. III. inscriptio, quae testaretur, ossa ac cinerem urna contineri, *scripturae fides* dicitur (sic *tacita* explicandum erit aut ex ipsa scripturae natura (Virg. *Cul.* 411): aut quoniam nulli testes aderant, qui illam testimonio confirmarent); vel fortasse *tacita fides* nostro illud est, quod communi nomine *fideicommissum* dicitur. Sane ita est l. 43. 3. D. *de vulg. et pup. subst.* (28. 6), et l. 10. princ. et § 2 et l. 11. D. *de his, quae ut indign.* 34. 9. — *vs.* 25. *oblitus doli*] oblitus, se ollam istam urnae funebris specie adornasse. cf. infra I. 1. 18. — *vs.* 29. *divinus*] qui futura atque ignota divinat, vates, vocabulum optimae notae. Vid. Barth. *Advers.* 1213. Sic *divina*, Appul. *Metam.* I, (ed. Oud.) p. 37. — *fidem accommodat*] i. e. *habet*: insolentior significatio. Namque apud Iuriscons. (v. c.

tus magus domum purificat et puram facit. Sed ubi primum libere ornam inspexit, vetere dolo decipitur. Bustum quod simulabatur credidit, atque irrisum se putat. Inde ut aliquatenus se ulcisceretur, ornam Queroli in domum callide et occulte obrepens per fenestram protulit: qua explosa et comminuta, bustum in pretium vertitur. Itaque thesaurum contra rationem et fidem cum lateret, perdidit; cum perisset, reddidit. Postea re comperta parasitus revolat, et partem petit. Sed quia quicquid abstulerit, confitetur, quicquid rettulerit, non docet: primum furti, post etiam sepulcri violati est reus. Exitus hic est: Ille Dominus, ille parasitus, denuo fato atque merito conlocantur sic ambo ad sua. Tuo igitur inlustris

---

magus et *purificat*] e glossa videntur. *Puram facit*] Barth. *Advers.* 1406. *puteum facit*, scil. *fodiendo*; Ritt. glossema putat cum Burm. ad Claud. p. 492. *vetere*] Canneg. *veterator*. *dolo decip.*] C. Voss. Pith. et Paris. *decipitur dolo:* Barth. *Adv.* 2011, *decipi ratur*. *simulabatur*] Barth. 2011. *putabat*. *credidit*] Ritt. et Par. *credit*. *aliquatenus*] malui *aliqua*, scil. via, cui librarii, vocabulum properanter scriptum putantes, *tenus* adiecerint. *protulit*] aut legendum cum Ritt. et Par. *propulit*, aut *proiicit*: utrumque infra occurrit. Grut. *proculit*. *explosa*] Ritt. et Par. *displosa*. *perisset*] Canneg. *perdidisset*. *quia*] C. Paris. omittit. *quicquid*] postulat sensus *quid* aut *quae*. *rettulerit*] C. Vet. *a re tulerit*, Ritt. *autem rettulerit*. *violati*] C. Voss. Pith. et Paris. *violator*. *Exitus*] C. Voss. Pith. et Paris, quod recepit Daniel et Par. *exitus ergo*. *atque merito*] C. Pith et Paris. omitt. *sic*] C. Pith. et Paris. *suo*. *inlustris*] Ritt. et Canneg. *illustri*, Barth. *Advers.* 2012, *Vir illustris*.

---

l. 43. 3. D. *de vulg. et pup.* (28. 6), 10. pr. et 11. D. *de his, quae ut ind.* (34. 9), l. 123. 1. D. *de legat.* I. (30), l. 3 pr. et § 1. D. *de iure fisci* (49. 14), coll. 3 Cod. *de post.* (2. 6), *fidem accommodare* est *praestare, adhibere*. Paulus tamen *Rec. Sent.* V. 16. 4. eam, quam noster, significationem dictioni adiungit. Caeterum infra: *aurem accommoda*, et saepius

Aúxiliumque póscit. Puram párasitus facit domum.
Séd ubi libere órnam inspexit, vétere decipitúr dolo:
Bústum, ut simulabátur, credit, átque irrisum sé putat.
'Inde, ut aliquâ se úlciscatur, órnam Queroli ín domum
Cállide atque occúlte obrepens pér fenestram própulit:
Qúa displosa et cómminuta, bústum in pretium vértitur.
Itaque thesaurum cóntra rationem ét fidem,
Cúm lateret, pérdidit (ille), cúm perisset, réddidit.
Póst, comperta ré, parasitus révolat et partém petit.
Sed quia, quid abstulerit, fatetur, quíd rettulerit, nón (docet,
Prímum furti, póst etiam sepúlcri violati, ést reus.
'Exitus hic est: ílle dominus, ílle parasitus dénuo
'Ambo sic fato átque merito cóllocantur ád sua.
Túo igitur illustrí libellus dédicatur nómini.

An vs. 39. *Sed quia, quae abstulerit, cónfitetur, quae rettulerit, nón docet.*

---

hoc verbum, inprimis a sequioris aetatis scriptoribus, usurpatur. Vid. Elmenh. ad Arnob. *adv. gent.* II. adn. p. 64. — *vs.* 30. *puram facit*] lustrat. Fortasse subest lusus, parasitum non puram tantum, sed et *vacuam*, ablato auro, domum fecisse; nisi haec Gruteri opinio ingeniosior quam verior sit. — *vs.* 31. *vetere*] i. e. *olim* in thesauro abscondendo adhibito; non video, cur Barth. tantam difficultatem huic loco inesse censeat. — *vs.* 32. *irrisum*] quod solemne in parasitis: cf. scriptt. landd. a Barthio, *Adv.* 2011. — *vs.* 36. *contra rationem et fidem*] i. e. contra *rationem facti*, contra id, quod *solet* evenire, et contra parasiti *consilium*. — *vs.* 37. *perisset*] respondet verbo *lateret*, scil. thesaurus. Porro, si cum Canneg. *perdidisset* mutamus, existit ingratior auri sonus: *perdidit, perdidisset, reddidit.* — *vs.* 42. *ad sua*] notetur rarior locutio, *cóllocari ad sua* (scil. loca vel officia).

libellus iste dedicatur nomini. VIVAS INCOLUMIS ATQUE FELIX VOTIS NOSTRIS ET TUIS.

PROLOGUS.

PACEM quietemque vobis, spectatores, nostros sermo poeticus regat, qui Graecorum disciplinas ore narrat barbaro, et Latinorum vetusta vestro recolit tempore. Praeterea precatur et sperat non inhumana voce, ut qui vobis laborem indulsit, vestram

---

(Prol.) *vobis . . . nostros . . . regat*] locus egregie vexatus. C. Vet. *a vobis*, C. Pith. et Paris. *vos*, quod recepit Pareus. Porro C. Vet. *noster:* Ritt. autem *nostros*, tanquam *nostrus* pro *noster* positum contendit, Barth. *Advers.* 2012, 1406 et 2265 legit: *nostras*, Par. *noster*. Denique C. Voss. et Paris. *rogat*, quod probant Barth. 2012 et 1406, Grut. et Par. Si teneamus lectionem in vet. edit. propositam, ita verba intelligenda erunt: *pacem quietemque vobis* scil. *precor*. Sic Plautus solemniter populum salutat. Vid. *Men.* et *Cas.* prolog. init. *Poen.* prol. extr. Et prouti ille saepius populo Romano *victoriam de hostibus* exoptat (*Asin. Cas. Capt. Rud.* prol. extr. inprimis *Cist.* I. 3. 49 seqq.), ita, mutatis rebus temporibusque, noster haud absurde eidem populo *pacem quietemque* exoptaverit. Iam sequuntur haec: *spectatores nostros sermo poëticus regat*, quae, sive *nostros* ad spectatores referatur, sive antique pro *nostrus* scriptum videatur, valebunt: „contineat spectatores fabula iam agenda atque in silentium eos componat." Denique possint omnia inter se iungi, ut sermo poëticus regat spectatoribus pacem quietemque. Sed nescio, an haec omnia minime placeant. Equidem legendum duxi, remotis emblematibus: *pacem quietemque, spectatores, sermo poëticus rogat*. Ita Plaut. *Amph.* prol. *huic facietis fabulae silentium*, et saepius tum ipse (*Asin.* 5. *Poen.* prol. 3. *Trin.* 22), tum Terent. prol. *Phorm.* 30. *Eun.* 44, *Heaut.* 36, *Hec.* 47. Adde et supp. prol. *Bacchid.* 11 seqq. *voce*] Barth.

(PROL. AD POP.) *vs.* 1. *sermo poëticus*] itaque ipse auctor declarat se non soluto sermone, sed versibus usum. — *vs.* 2. *disciplinas*] exquisitius de

Víve incolumis átque felix vótis nostris ét tuis.

PROLOGUS.

Pacém quietemque, spéctatores, sérmo poëticús rogat;
Qúi Graecorum dísciplinas óre narrat bárbaro,
'Et Latinorum vetusta véstro recolit témpore.
Praeterea sperat ét precatur nón inhumaná vice,
Vóbis qui labórem indulsit, véstram ut referat grátiam.

---

fabulis scenicis. Sed uti, qui fabulam acturi erant, *discere* dicebantur, atque (Ter. *Andr.* III. 1. 19.) *discipuli*, ita fabula, quae discenda erat, *disciplina* appellari poterat. Verum intellexerit fortasse universe Graecorum *opera*. Utique non referenda haec sunt ad fabulam nostram. cf. vs. 7. coll. 3. — *ore barbaro*] Latino. Plaut. *Asin.* prol. 11. *Trin.* prol. 19. coll. *Bacch.* I. 2. 15. *Capt.* III. 1. 32. IV. 2. 102. *Poen.* III. 1. 21. fragm. ex deperd. fab. *feneratrix*. Itaque non cum Barthio intelligo, auctorem se h. l. barbarum, fortasse Gallum, indicare; unde ille supra etiam *nostras* mutat. Namque sic *os barbarum* utrique sermoni, Graeco et Latino, non soli Graeco, auctor opposuisset. — *vs.* 4. *non inhumana vice*] non praeter id, quod hominem ab hominibus petere decet, non inique aut immodeste: sed *iusta de causa* (Ter. *Heaut.* prol. 41). Fortasse dedit auctor *prece*, pronti dicitur *orare per precem* et *prece* Plaut. *Capt.* II. 1. 47, Horat. *Serm.* II. 6. 13. *Epist.* I. 13. 18: et *preces precari* apud Catonem *de* R. R. 134 et 39. Sed non est, quod *vice* a Barth. et Canneg. repositum loco moveamus. Ut noster hic verecunde populi gratiam implorat, ita Plautus etiam *Amph.* prol. 24, aequum iudicium petit »*precario leniter dictis* »*bonis*." — *vs.* 5. ad sententiam apposite Ter. *Andr.* prol. init. et v. 24. sq. *Eun.* init. *Ad.* prol. 24. *Hec.* v. 44. — *indulsit*] impertivit. *Indulgere* pro *dare*

referat gratiam. AULULARIAM hodie summus acturi, non veterem ac rudem investigatam Plauti per vestigia. Fabella haec est. Felicem hic inducimus fato servatum suo: atque contrario fraudulentum fraude deceptum sua. Querolus, qui iam nunc veniet, totam tenebit fabulam. Ipse est ingratus ille, noster: hic felix erit. E contrario Mandrogerus aderit fraudulentus et miser. Lar familiaris, qui primus veniet, ipse exponet omnia. Materia vosmet reficiet, si fatigat lectio. In ludis autem atque dictis antiquam nobis veniam exposcimus. Nemo sibimet arbitretur dici, quod nos populo dicimus. Neque propriam

---

2012 et Canneg. *vice. ac*] Ritt. et Par. *at. investigatam*] C Pith. et Paris. addunt *et inventam. fabella*] C. Pith. *fabula*, quod C. Paris. etiam, rubrica scriptum, exhibet. *contrario*] Ritt. *e contrario. iamnunc veniet*] C. Paris. suprascr. *i. introducetur. ipse exponet*] C. Vet. *ille exponat. ludis*] Barth. *Adv.* 2013 (vel typogr.?)

---

non classicorum erat. — *vs.* 6. *Aululariam*] scil. talem fabulam, in qua olla ad argumentum pertinebit: nondum auctor ipsum fabulae nomen profitetur: cf. mox vs. 19. — *veterem*] cf. Ter. *Eun.* prol. 25, et prol. *Casin.* Plauti vs. 13. — *rudem*] novam, *nondum theatrum experta*m, quae propria vocis significatio. Cf. Barth. 2012 et 871. — *vs.* 7. Facile hisce et verbo supra vs. 3 edito: *recolit*, aliquis in errorem inducatur, quasi haec fabula tota ad Plauti Aululariam expressa sit. Verum, nisi cogites de fabula quadam deperdita, quae (uti fieri solebat in tragoediis Graecorum), eiusdem argumenti consequentiam continuerit, auctor non Aululariam, sed universa Plauti opera respexisse videtur. Duntaxat prouti persona Laris, nomen Euclionis et olla auri plena ex illa fabula sumta sunt, ita contra non minima argumenti pars, thesaurus nempe ab sene peregre eunte defossus, qui amico illius notus, filio vero ignotus est, ex Plauti Trinummo hausta videntur. — *vs.* 10. *iam nunc*] i. e. statim: quae significatio passim a nostro usurpatur. Exemplis confirmatur illa

Aúlulariam hódie sumus actúri, non veterem, át rudem,
Invéstigatam Plaúti per vestígia.
Fábula haec 'st. Felícem inducimu' fáto servatúm suo:
Atque contra fraúdulentum fraúde deceptúm sua.
Quérolus, qui iam núnc veniet, totám tenebit fábulam:
Ipse ést ingratus nóster. Hic felíx erit.
'E contra Mandrógerus aderit, fraúdulentus ét miser.
Lár, qui veniet, fámiliaris, ípse exponet ómnia.
Máteria vosmét reficiet, si fatigat léctio.
Lúdis autem átque dictis véniam antiquam expóscimus.
Némo sibi arbitrétur dici, quód nos populo dícimus:

---

in Cangii Glossario. — *totam tenebit fabulam*] primas aget in fabula ad finem usque. Ita de praecipuo in templo quodam Deo Virg. *Georg.* III. 16. »in medio erit, *templumque tenebit.*" — *vs.* 11. *ingratus*] tristis, molestus, iniucundus. Cf. infra I. 1. 5, II. 4. 3, III. 3. 3. — *noster*] uti supra ad Rutil. 18. Canneg. autem adnotat: »i. e. dominus, paterfamilias." — *vs.* 13. *Lar*] in Plautinis frequenter Dii prologum agunt: (Amph.) *Mercurius:* (Aul.) *Lar:* (Rud.) *Arcturus* sidus: (Trin.) *Luxuria* et *Inopia.* Praeterea (Cist. I. 3.) inducitur Deus *Auxilium*, et suppositicium prol. Bacchidum agit *Silenus.* — *vs.* 14. Obscure haec dicta. Fortasse illud sibi vult: si verba vobis minus placeant, at placebit argumentum (cf. supra ad Rut. vs. 18). Fortasse ea, quae singuli histriones *discenda* habebant, nostro *lectio* dicta fuerint. Quo sensu si, vocula *et* cum prioribus haec iungente, legamus: *ét materia vós reficiet*, dicet: si Lar vobis displiceat, et ratio, qua personam suam is tuetur, at reficiet materia. An vero opponit auctor *lectionem*, i. e. prologum, et *materiam*, i. e. ipsam fabulam? Sane cum Lare ipsa comoedia incipit. An vero de opere suo, si *legitur* illud, non *spectatur*, haec ait? Denique an fortasse *dictio*, i. e. stilus, scribendi ratio, aut intelligenda, aut reponenda erit? — *vs.* 15. *dictis*] vocabulum de iocis ac dicteriis classicum. — *vs.* 16. *populo*] id,

sibimet caussam constituat communi ex ioco. Nemo aliquid recognoscat: nos mentimur omnia. Querolus an Aululariа haec dicatur fabula, vestrum hinc iudicium, vestra erit sententia. Prodire autem in agendum non auderemus cum clodo pede, nisi magnos, praeclarosque in hac parte sequeremur duces.

LAR FAMILIARIS.

Ego sum custos et cultor domus, cui fuero adscriptus. Aedes nunc istas rego, e quibus modo sum egressus. Decreta fatorum ego tempero: si quid boni est, ultra accerso: si quid gravius, mitigo. Queroli nunc sortem administro, huius non

---

laudis. *Querolus*] C. Pith. et Paris. *Sed an Quer.* *vestrum*] Par. *nostrum.* *hinc*] Canneg. *hic.* *in agend.*] Ritt. *ad agend.* Grut. et Par. *agona.* *ultra*] Ritt. Grut. Par. et Canneg. *ultro.* *accerso*] legendum *arcesso*, quod in nullo non scriptore a librariis in *accerso* mutatum est. *non grati*] mutavit, opinor, aliquis, veritus, ne *ingratus* intelligeretur de eo, qui, accep-

---

quod Cicer. *Verr.* V. 55. *generatim atque universe:* Gell. *N. A.* II. 24. *indefinite* dixit. Cf. infra I. 2. 46, ubi explicatur: »*aliis multis.*" — *vs.* 18. *reccognoscat*] quasi in se dictum *agnoscat.* Sic infra Act. V. S. 3. — *mentimur*] multis excusat auctor iocandi istam libertatem, quam antiqui Comici tanquam rem sibi propriam usurpabant. Verum nostri aetate ingeniosa vitii reprehensio fortasse reprehensori grave periculum pepererit. — *vs.* 20. E Ter. *Heaut.* prol. 12 et 25. Plaut. *Amph.* prol. 16. — *hinc*] hac de re. Cf. supra ad Rutil. vs. 16. — *vs.* 21. *clodo pede*] male Canneg. *sermonem pedestrem* explicat. Equidem puto ad metrum claudicans referendum esse. Conf. dicta in Prolegomenis. — *in agendum*]

Néque constituat sibimet propriam causam communi ex ioco:
Némo recognoscat aliquid; nós mentimur ómnia.
Quérolus utrum an AULULARIA haec dicatur fábula,
Vestrum hinc iudicium, véstra erit sententia.
Non aútem prodire aúderemus cúm clodo in agendúm pede,
Nísi in hac magnos práeclarosque párte sequeremúr duces.

ACTUS I. SCENA I.

LAR FAMILIARIS.

(Illíus) ego sum cústos et cultór domus,
Cui fúero adscriptus. Aédes nunc istás rego,
'E quibu' modo sum egréssus. Fatorúm decreta ego témpero:
Sí quid est boni, últra arcesso, sí quid gravius, mítigo.

---

sequiore Latinitatis aevo saepe *ad* et *in* vicissim usurpata docet Casaub. ad *Hist. Aug. Scr.* I. 11. — *vs.* 22. Cf. Ter. *Heaut.* prol. 20.

Vs. 1 *seqq.* Ad pedem secutus est poëta Plaut. *Aul.* prol. 2 seqq. — *vs.* 2. *adscriptus*] »vox iuris" (Canneg.). Noti sunt *glebae adscripti*, quibus adsimilis Laris familiaris conditio. — *vs.* 3. *Fatorum decreta ego tempero*] Non tantum Lar aedium, sed simul Queroli Genius erat. Multis eundem dictum fuisse Larem et Genium, docent Censorin. *de Die Nat.* c. 3, et qui ad h. l. laud. in edit. Haverc. et Appul. *de Deo Socr.* (ed. Oud.) II. p. 152 sq. Genius hominum fata moderari dicitur etiam infra S. 2. vs. 22 et 39. Vide porro Censor. *op. laud.* c. 2 et 3, et antiquorum testimonia bene multa ibi a viris dd. in edit. Haverc. collata, quibus adde Cebetis tabulam (apud Gasab. 1670) II. p. 201 et 290 seqq. — *vs.* 4. Appul. *de Deo. Socr.* p. 156. et Menander, *Reliq.* p. 260, qui nullum adesse malum Genium contendit. — *ultra arcesso*] curo ut celerius adsit, ulterius progrediatur: exquisitior vocabuli usus est (vid.

grati, non mali. Hic exinde sibimet sufficiens fuit (quod primum est bonum): nunc autem etiam locupletissimus erit. Sic meritum est ipsius. Nam quod pro meritis reddendum nobis non putatis, ipsi vosmet fallitis. Ordinem autem seriemque causae breviter iam nunc eloquar. Pater huius Queroli Euclio fuit, avarus et cautus senex. Hic enorme pondus auri olim in ornam condidit. Sic quasi paterna venerans aurum celabat palam. Peregre vadens ornam domi sepeliit, ac reliquit ante aras meas. Tumulum suis, mihi thesaurum commendavit. Abiit, neque rediit senex. Peregre moriens uni tantummodo rem indicavit, fraudulento et perfido. Cui tamen sive oblitus sive supervacuum putans, de busto et titulo nihil exponit. Querolo

---

to beneficio, nullam gratiam referat. Ergo repono *ingrati*. *reddendam nobis non*] mendosus locus. Ritt. *vobis*, Grut. *a nobis*, idemque magis etiam *bonis* commendat, quod in contextum recepit Par. Equidem explendum duxi: *non reddendum vos bonis bonum*, motus iis, quae adsunt in suppos. *Pseud.* prol. 2. » *Bona bonis ferri* reor » equom maxime" seqq. et verbis Planti *Capt.* II. 2. 65. » *Deus . . . bene merenti* » *bene profuerit, male merenti par erit.*" Add. posita in Cic. *de N. D.* III. 32. et Plaut. *Amph.* prol. 47. *seriemque*] C. Vet. *atque seriem*. *huius Q.*] Par. *Q. huius*. *quasi paterna.*] Add. Canneg. *ossa*. *Ossa* in voc. *quasi* evanuisse videtur. *ac reliquit*] manifesta glossa. *rediit*] C. Pith. et Par. *redit*. *Querolo*] voc. omisi. Mancum istud indicium thesauri iuxta Fati i. e. Dei, consilium, quo fraus

---

similiter Flor. *Res Rom.* proöem. l. i. p. 2, Plin. *Paneg.* 47.), sed verior tamen, opinor, haec lectio, quam si *ultro* legamus. — *vs.* 6. *exinde*] vel ex eo *tempore*, quo Genius illius sortem administraret, vel ex *illa causa*. — *sibimet sufficiens*] *αὐτάρκης* fuit, eam habuit conditionis mediocritatem, ut non aliorum donis ad vitam sustentandam indigeret. Cf. infra Sc. 2. 135 et 141. Fortasse auctor simul eam virtutem Αὐτάρκειαν tangit, quod

Quérolí nunc sortem ádminístro, huiúsce ingrati nón mali:
Híc exinde sibimet sufficiéns fuit, quod primum est bonum;
Núnc autem etiam lócupletissimús erit, sic méritum ípsius:
Nam quód pro méritis nón reddendum vós bonis
Bonúm putatis, ípsi vosmet fállitis.
Ordinem seriémque causae bréviter iam nunc éloquar.
Páter huius Querolí fuit Éuclio, avárus et cautús senex.
Híc enorme póndus aurī ólim in ornam cóndidit:
Síc, quasi ossa patérna venerans, aúrum celabát palam.
Péregre vadens órnam domī sepéliit ante arás meas,
Túmulum suis, mihí thesaurum, cómmendavit. Abit senex,
Neque redit. Moriens péregre uni tantúmmodo
Rem índicavit fraúdulento et pérfido:
Cui tamen oblitus, síve supervacuúm putans,

---

philósophi, inprimis Stoici, tanto praeconio celebrabant. Illud: *quod primum est bonum*, in utrumque sensum convenit. — *vs.* 8. *reddendum*] quod putatis, Diis non *reddendum videri*, a Deo non *reddi* bonis bonum. Ad sensum egregie faciunt Menander, *Reliq.* p. 142, Philemon, *ibid.* 364, et laud. ibi in adnot. Aristonis versus. — *vs.* 13. *celabat palam*] namque erat (vide vs. 20) »thesaurus ignotus et notus tamen." Cf. porro infra A. V. S. 2. — *vs.* 14. *ante aras meas*] e Plaut. fragm. comoed. *Carbonaria*. — *vs.* 15. *commendavit*] cf. Lar in Plaut. *Aul.* prol. 5 et 15. In depositis verbum *commendare* Ietis Romanis proprium fuit: cf. l. 186. D. *de verb. sign.* (50. 16), l. 24 et 26. D. *depos.* (16. 3.) et l. 6. Cod. *eod.* 4. 34. Absolute pro *deponere* exstat etiam apud Spartian. in Pescenn. *Hist. Aug.* I. 671. Add. Faeciol. voce: .Ex moribus antiquitatis esse, ut thesaurus fidei cuiusdam Dei commendaretur, docet v. c. Plaut. *Aul.* prol. vs. 6. III. 6. 47 seqq. IV. 2. 1 seqq. et 6. 10. Add. Henr. Canneg. ad Avian. *Fab.* XII. 5. — *vs.* 18. *oblitus*] cf. supra ad Rutil. 25.

iuxta fatum hoc sufficit. Nunc ergo thesaurus habetur omnibus ignotus et notus tamen. Erat sane facile nobis aurum domino ostendere, aut responso, aut somnio. Sed ut agnoscant homines, nemini auferri posse, quod dederit Deus, aurum, quod fidei malae creditum est, furto conservabitur. Fur ergo iam nunc aderit, per quem nobis salva res erit. Iste ornam cum reppererit, bustum putabit: sic ille prospexit senex. Praedam qui abstulerit, reportabit, totumque reddet, partem contentus fuit. Itaque bene perfidus alteri fraudem infert, damnum sibi. Tamen ne frustra memet videritis, exponere quaedam volo. Querolus iste noster, sicut nostis, omnibus est

---

in fraudatoris damnum verteret, aptissimum erat. *nemini*] videtur *tamen* in *nemini* transfusum veram lectionem *nulli* loco suo movisse. Itaque repone *tamen... nulli*. *deus*] C. Voss. *ds*: idem C. infra (II. 3. 103,) exhibet *dm* pro *domini*. *fidei malae*] Ritt. *male*, quod recipio. Librarii non videntes h. l. *fidem* (commune vocabulum) et *furtum* sibi opponi, ita mutarunt. Attamen recte dici *malam fidem* multis docet Canneg. ad Avian. II. 8. *putabit*] potius *credet*; cf. prol. ad Rutil. 32

partem contentus] C. Vet. *parte cont.* C. Pith. et Paris. *qui parte ont. non*, Ritt. *parte qui contentus*, Grut. *parte incontentus*: Par. in contextu exhibet: *totum qui reddit, parte incontentus fuit*. Barth. autem *Advers.* 1406, exhibens *abstulerat* et *reddit*, ita emendat: *praedam quoi abstulerat, reportabit, totumque reddet, parte ni contentus fuat*. Tentavimus, quae exstant vs. 27 et 28, nisi malis reponere: *reddetque totum, pars cui non erat satis*; quibus ista: *qui parte contentus non fuit*, fortasse prius illustrandi gratia adscripta, mox a librariis substituta fuerint. *damnum*] Koen. *et damnum*. *iste noster, sicut nostis*] otiose haec adstant et removenda videntur.

---

vs. 19. *de busto et titulo*] de titulo urnae, quo bustum indicaretur. — *vs.* 20. Fortasse auctoris menti obversatum est Plautinum illud, *Rud.* IV. 3. 105: „etsi est ignotus, notus, si non, notus ignotissimus't." — *vs.* 22. *responso*] proprium vocabulum in oraculis et vatum effatis. — *vs.* 23. Ad

De busto et titulo nihil exponit. Iuxta fatum hoc sufficit.
Nunc ergo ignotus omnibus thesaurus et notus tamen.
'Erat (hoc) sane facile nobis aurum domino ostendere,
Aut responso aut somnio: sed, uti homines agnoscant,
Auferri posse nulli, quod dederit Deus, (tamen)
Quod fidei male creditum aurum, furto conservabitur.
Fur ergo aderit iam nunc, per quem nobis salva res erit.
Cum ornam reppererit, bustum credet; sic ille prospexit
Praedam qui abstulerit, (ipse) reportabit (domum), (senex.
Totumque dabit, contentus parte qui haud fuit.
Itaque bene perfidus alteri fraudem infert et damnum sibi.
Tamen, ne frustra me videritis, quaedam exponere iam volo.
Querolus omnibus est molestus, ipsi, si fas est, Deo;

---

rem facit Pindar. *Nem.* (Heyne. 1773) IV. 66 sqq. *Deus*] saepe non Christianos scriptores summum Numen *Deum*, non Deos, appellasse, nota res est. Vid. Iuret. ad Symm. *Epist.* p. 150. — *vs.* 24. *male*] imprudenter, vel: in malum exitum, cum fides deinceps reperiretur mala fuisse: add. Canneg. ad Av. II. 9. — *vs.* 26. *prospexit*] non tamen *de industria* rem ita disposuit (vid. supra vs. 18) sed facto suo eius causa exstitit. — *vs.* 28. Sensus manifestus est, et praeter ea illustratur iis, quae infra occurrunt A. V. S. 3. — 29. *bene*] Canneg. *feliciter*. Scilicet, opinor, felici cum rei exitu. — *alteri fraudem*] bene successit fraus in alterum excogitata, sed nihilominus ex illa fraude non alteri, sed sibi, damnum exstitit; quod fatum perfidis minatur etiam Hesiod. *O. et D.*, vs. 249, quem locum vertit Syrus (ed. Bentl. vs. 180.): add. Menand. p. 206 et 274, ubi Pythagorici in adnot. laudd. — *vs.* 30. *ne frustra*] ne videar inutiliter huc processisse. Similiter Plaut. *Asin.* prol. 6, add. *Rud.* prol. 31, et suppos. prol. *Bacch.* 35. — *vs.* 31. *si fas est*] vocabulum ita usurpatur apud Cic. *T. Q.* V. 13. Ovid. *ex Ponto* IV. 8. 55. Erat autem nefas de Deo queri. Vid. Aeschyl. *Prom.* 103. Apollod. in Stob.

molestus, ipsi, si fas est, Deo: homo ridiculo iracundus, itaque ridendus magis. Disserere cum isthoc volupe est, et confutare vanam hominum scientiam. Fatum itaque iam nunc et hominem e diverso audietis: vos iudicium sumite. Genium autem ipsius esse me, quantum fieri potuerit, cautissime confitebor, ne quod mihi faciat malum. Nam maledicere mihimet nunquam cessat ille noctes et dies. Sed eccum ipsum audio; fatum et fortunam clamitat. Iste ad me venit: patrem peregre mortuum audivit. Hui, quam graviter dolet, ut sunt humana: credo, quia nihil relictum comperit. Et quid ego nunc facio? avolare hinc subito non possum: nimium memet credidi. Opportune armigerum hinc tridentem video, praesidium hercle hon malum. Querolus si molestus esse hodie non destiterit, faciam ut queratur iustius. Unde esse hoc dicam? Piscatores mane hac praeterisse vidi: ipsis forte hoc excidit.

---

hominum] e glossa caeteris insertum puto. *scientiam*] Par. *sententiam*. *e diverso*] e glossa puto. *nam*] C. Paris. *nam quidem*. *nunc*] C. Pith. et Paris. omittunt. *hinc subito*] C. Voss. Pith. Paris. et edit. A. 1564. *subito hinc*: nobis *subito* e glossa videtur insertum. *armigerum*] C. Voss. Pith. et Ms. Grut. *amigerum*, unde Grut. *Fat.* et Koen. *hamigerum*; quae lectio firmatur simili Codd. scriptura infra II. 1. 17. *amati* pro *hamati*: Ritt. *aurigerum*. *hinc*] C. Voss. Pith. et Paris. et edit. 1564. *hic*, Koen. *huna*. Vocula impune abest. *esse hoc*] C. Paris. *hoc esse*.

Floril. (ed. Grot.) vs. 453, et, si recte cepi, etiam Horat. *Carm.* I. 24. 20. — *vs.* 33. *ipsique ridendus magis*] scilicet propter iram. — *vs.* 34. *fatum*] supra maledicatorum fati, iam ipsum fatum, se nuncupat, cf. infra Sc. 2. vs. 1 et 22, 23. — *vs.* 40. *ut sunt humana*] diligentius procuranda h. l. hst interpunctio. Dolet, ut adsolet hominum vulgus, non propter mortuum pa-

Hómo ridícule íracundus, ítaque ridéndus mágis:
Dissérere cum isthoc vólup' et vanum cónfutare sciéntiám.
Fátum et hóminem audietis, vós iudícium súmite.
Genium ípsius esse, quántum fieri pótuerit, cautíssime
Me cónfitebor, né quod mi faciát malum.
Nám maledícere mihimet nunquam céssat noctes ét dies.
Séd eccum ípsum aúdio: fatum ét fortunam clámitat.
Vénit iste ad me: péregre mortuum audívit patrem. Hui!
(quám dolet,
Ut súnt humana, crédo, quia nihíl relictum cómperit.
Quid fácio? non possum ávolare hine: nímium memet crédidi.
Oppórtune hamigerúm tridentem vídeo; praesidium haúd malum.
Moléstus si esse haud déstiterit, faciam, útqueratur iústius.
Unde ésse hoc dicam? Píscatores (scilicet)
Máne hac praeterísse vidi: ípsis forte hoc éxcidit.

---

trem, sed propter inanem hereditatem. Add. infra Sc. 2. 139, sq. et Martial. IV. 70 et VI. 63. — *vs.* 41. *nimium memet credidi*] nimium *esse me* credidi. Insolentior tamen loquendi ratio; pro qua lubens reponam *de me*, aut versum ita constituam »quid fácio? hinc non possum avolare, »nimis *mihi* credidi." — *vs.* 42. *hamigerum tridentem*] vulgo Neptunus hamata fuscina insignis est: cf. Mart. *Spect.* 26. *Piscatores* cum *hamis* praetereuntes inducuntur in Plaut. *Rud.* II. 1. vid. *ibid.* vs. 5 et 10. quae nostro fortasse hoc loco subierunt. — *vs.* 44. *unde esse hoc dicam*] Mane erat exponenda causa, cur tridens, res a scenicis aliena, ad manum esset: sed ei haec expositio et ipse tridens et universus Genii motus, ne quid mihi a Quiroli accipiat, nescio quo modo displicent.

QUEROLUS, LAR FAMILIARIS.

Q. O fortuna! o fors fortuna! o fatum sceleratum atque impium! Si quis nunc mihi tete ostenderet, ego nunc tibi facerem et constituerem fatum inexsuperabile. L. Sperandum est hodie de tridente. Sed quid cesso interpellare atque alloqui? Salve, Querole. Q. Ecce iterum rem molestam, salve Querole. Istud CUI BONO hac atque illac have, dicere, etiamsi prodesset, ingratum foret. L. Misanthropus hercle hic verus est: unum conspicit, turbas putat. Q. Quaeso, amice, quid tibi rei mecum est? debitumne poscis, an furem tenes? L. Iracundus nimium es, Querole. Q. Hea, ego officium sum aspernatus, adicit et convicium. L. Mane paulisper. Q. Non vacat. L. Sic necesse est, mane. Q. Iam istud ad vim pertinet. Age,

---

nuno tibi] C. Vet. *tibi nunc*, quod recepit Par. *hac atque illac*] C. Vet. Pith. et Paris., quod etiam eadem manu, sed nigriore atramento adscriptum exstat in C. Voss. *tot hominibus hac atque illac*: reiicit illa Daniel., probat Ritt. nos vero omittimus *hac atque illac* pro glossa. *dicere*] C. Pith. *dicere*? malo *dici* vel *dictum*. *debitumne poscis*] C. Vet. Pith. et Paris. *debitum reposcis*, quae fuit etiam primaria scriptura in C. Voss. *adicit*] saepe noster: *adicere*, *obicere*,

---

(Sc. II.) *vs.* 1. *O fortuna! o fors fortuna!*] ex Ter. *Phorm.* V. 7. 1. Deam *Fortem fortunam* celebrat Ovid. *Fast.* VI. 773. Canneg. ad h. l. laudat Perizon. *dissert.* III. p. 275. — *vs.* 3. *fatum inexsuperabile*] fatum h. l. dicitur malum, calamitas. cf. Cic. *Catil.* II. 5. *Inexsuperabilis vis fati* dicitur Liv. *Hist.* VIII. 7. — *vs.* 4. *sperandum de*] spes auxilii in tridente erit ponenda. — *cesso interpellare atque adloqui*] dictio passim apud Comicos obvia. Vid. Ter. *Andr.* II. 2. 6. V. 2. 4. *Heaut.* IV. 5. 9. *Phorm.* II. 3. 22. coll. *Eun.* V. 6. 26. *Adelph.* IV. 6. 78. Plaut. *Aul.* IV. 3. 4. *Pers.* II. 2. 15 et 55. — *vs.* 5. *iterum ecce molestum*] scil. hominem (*encore un facheux!*) — *salve, Querole! cui bono*] iratus Querolus salutantis verba repetit.

SCENA II.

QUEROLUS, LAR FAMILIARIS.

Q. O fortuna! o fórs fortuna! fátum sceleratum, ímpium!
Si quís mihi tete osténderet, ego núnc tibi
Facerem atque cónstituerem fátum inexsuperábile.
L. Sperándum hic de tridénte. Cesso intérpellare atque ád-
(loqui?
5. Salvé, Querole! Q. Iterum écce molestum! Sálve, Que-
(role! cúi bono?
Tot hóminibus have dici, etsi prodésset, ingratúm foret.
L. Mísanthropus hércle hic: unum cónspicit, turbás putat.
Q. Quid, amíce, mecum est reí tibi? Débita póscis, an furém
(tenes?
L. Iracundus nímium es, Querole.
10. Q. Heia! ego sum officium ádspernatus, ádiicit et convícium.
L. Mané paulispér. Q. Non vacát. L. Sic necésse est.

---

et quaesit, *cui bono*, i. e. cuinam usui, sibi sit haec salutatio. Ita *cui bono* infra vs. 290, et *quo bonum* l. 12. extr. D. *de Sct. Vell.* (16. 1), l. 3. 12, et 10. 4. D. *bon. poss.* (37. 4) l. 13. 2. D. *de usufr.* (7. 1), l. 39. pr. D. *de solut.* 46. 3. Nobilis fuit ea formula Cassii Icti: *cui bono*? qua in diiudicandis criminibus inquirere solebat, quodnam commodum rei sibi e crimine praevidere potuissent. Cf. Cicero *pro Mil.* c. 12, ubi Ascon. et *Philipp.* II. 14. — *vs.* 6. *have*] ita saepe vocabulum, in inscriptionibus etiam, exhibetur. Caeterum ridet Catull. *Carm.* 83. elegantiores istos, qui hunc adspirandi morem in sermone affectabant. — *vs.* 8. *furem tenes*] scil. tenere te putas, me videns. — *vs.* 10. *officium*] salutantis comitatem. Ita *officium* intelligit Cicero, *pro Sull.* 20, *ad Div.* III. *epist.* 9. init. Liv. XXVI. 19. extr. aliique optimae notae scriptores: maxime Iuven.

dic quid vis. L. Scin' tu quam ob causam tridentem istum gestito? Q. Nescio edepol, nisi quod primum propter importunos inventum esse hoc reor. L. Idcirco hunc gestito, ut si me attigeris, talos transfodiam tibi. Q. Dixin' hoc fore? nec salutatio hic impune datur. Non mala hercle est conditio: neque te contingo, neque me tu contigeris. Vale. Ite et conserite amicitias. Ecce adfabilitas prima quid dedit. L. Mane, ego sum, quem requiris, quemque accusas, homuncio. Q. Oe, talos ego incolumes ferre hinc volo. L. Non tu paulo ante fatum accusabas tuum? Q. Accuso et persequor. L. Ades ergo huc, ego sum. Q. Tu fatum es meum? L. Ego sum Lar familiaris, fatum quod vos dicitis. Q. Te ego iamdudum quaero,

---

similia. Quae quam frequenter in nullis non membranis reperiantur, docetur in adnot. ad Florum I. 10 (ed. Duk.) p. 79. *dic quid vis*] C. Camer, *quicquid vis*, quod reponi iubet Ritt. et Grut. *ut si*] C. Pith. omitt. *ut*. *hic impune*] C. Vet. C. Pith. et Paris. *impune hic*. *me tu*] C. Pith. et Paris. *tu me*. *prime*] fa-

---

II. 132. VI. 203. — *vs.* 12. *istud ad vim pertinet*] Cf. Plaut. *Capt.* III. 5. 92. *Truc.* IV. 2. 40. Ter. *Ad.* V. 6. 20. Adde Suetom. *Caes.* c. 82. — *Age dic quid vis*] vel haec separatim scribenda sunt: *Age*, *dic. Quid vis?* vel dixit auctor *vis*, ubi antiquiores *velis* usurpassent: ita mox: *scin' quam ob causam gestito*, et saepenumero infra. Cf. inprimis ad vs. 135. Quum vero Cod. Camer. omittat *dic*, non ineptus videatur, qui autumet, convenire in iratum ac morosum Querolum, ut quam brevissime posit, interroget: *quid vis?* adiiciat autem ad properandum responsum vulgare istud *age*, ut in Ter. *Ad.* V. 2. 23. Verum neque altera lectio ea est, quae loco moveatur. — *vs.* 16. *impune*] gratia. — *vs.* 18. *ite et amicitias conserite*] »Forte corruptum, nisi hic censeamus »Querolum se ad populum convertere«; ita Canneg. ad h. l. Sed non vi-

Mane. Q. 'Istud ad vim pertinét. Age díc, quíd vis.
L. Scin' tú, quam ob causam istúm tridentem géstitó?
Q. Néscio, ni quod ob inportúnos prímum inventum esse (hóc reor.
L. Idcírco hunc gesto, ut, si me attigeris, tálos transfo- (diám tibi.
Q. Díxin' hoc fore? néc salutatió inpune híc datur.
Cónditio haud mala: néque te tango, néque me contigerís. (Valê.
'Ite et amicitiás conserite; ecce ádfabilitas quíd dedit?
L. Máne: ego sum, quémque accusas, quémque requiris, ho- (múncio!
Q. Ohé! talos ego íncolumes ferre hínc volo.
L. Non tú paulo ante fátum accusabás tuum?
Q. Accúso et persequór. L. Ades ergo huc, égo sum. Q. Tu (fatum és meum?
L. 'Egomet sum Lar fámiliaris, fátum quod vos dícitis.
Q. Ego té iamdudum quáero: nusquam hodié pedem...

Uti modo *vs.* 11, sic et *vs.* 12 est Bacchiacus: nisi malit aliquis Iambicum Senarium:

Mane. Q. 'Istud ad vim pértinet. Quid vis? Age.

---

deo, cur illud perhibeamus: nam sane, quum homines intelliguntur universi, frequens est usus secundae personae plur. num. De verbo *conserere* hoc sensu cf. Canneg. pater ad Avian. *Fab.* IV. 2. — *adfabilitas*] vocabulum etiam Ciceroni usurpatum, qui tamen vereor ut unquam usurpet ad indicandam ipsam *allocutionem*. Allocutionem tamen intelligunt, qui adiiciunt *primam*. — *vs.* 19. *homuncio*] optime dictum a Deo in hominem molestum et inepte se commoventem. Cf. Terent. *Eun.* III. 5. 48, et Plaut. *Capt.* prol. 51. — *vs.* 21. *non*] nonne. Encliticas istas passim omittit auctor. — *vs.* 24. *nusquam pedem*] scil. feres.

nusquam hodie pedem. L. Praemonueram de tridente, cave, abstine. Q. Immo tu cave. L. Ego iam prospexi. Q. Quidnam hoc est praestigium? L. Apagesis homo ineptissime, hic nullum est praestigium. Desiste, nisi excipere mavis trina pariter vulnera. Q. Attat, verosimilem esse hunc nescio, quem de aliquibus vel geniis vel mysteriis: iste seminudus dealbatusque incedit, toto splendet corpore. Euge Lar familiaris, processisti hodie pulcre. Sed non totum intellego. Quod seminudus es, recognosco: unde dealbatus, nescio. Egomet iamdudum apud carbonarias agere

---

cile caremus vocabulo. *abstine*] C. Voss. et Pith. *abstino*. *quidnam*] Ritt. et Par. *quodnam*. *apagesis*] C. Voss. adscr. *recede sic sanus sis*. *attat, verosimilem esse hunc*] C. Voss. *attat vero. simile*. Ritt. *attat vero simil' est esse hunc, nescio quem*, Grut. *attat: verosimile* cast. Par. et Canneg. in horum sententiam concedunt. Possit etiam ex lectione C. Voss. mutari: *attat vera: similem esse huno nescio cui*. Verum, aut fallor, aut maxime se commendat lectio in contextum suscepta, quâ tantum pro *verosimile* reponitur *verosimile*. *mysteriis*] C. Vet. *ministeriis*, quod recipiunt Ritt. Grut. Par. et Canneg. *dealbatusque*] mox *unde dealbatus*; illud *de* in utroque loco ex praecedenti verbo exstitisse videtur. Malim *albatus*, prouti

---

Optimae notae dictio. — 25. *cave, abstine*] sensus recte se habet. Attamen ex lectione *cave abstinc* suspiceris, scriptum olim fuisse *cave istinc*, scil. de tridente, prouti saepe noster simili ratione *hinc* et *exinde*. — *vs.* 26. *praestigium*] ita auctor passim. Exhibet vocabulum Du Cange in Gloss. Reliqua fere Lexica: *praestigiae*, sed Faber in Thes. animadvertit in Glossis ad Prudentium monstrum alicubi *praestigium* dici. Caeterum ratio latini sermonis requirere videtur, ut h. l. vel *quodnam praestigium* vel *quidnam praestigii* scribatur. Timet autem Querolus, ne a praestigiatore ludatur. — *vs.* 28. *pariter*] non tantum eodem tempore, sed tridentis ictu et pari modo et pari distantia trina vulnera infliguntur. — *vs.* 29. *mysteriis*] infra etiam III. 3. passim Dii minoris ordinis ac minus in publico noti *mysteria* dicuntur. Etiam *Geniorum* nomen h. l. Lares, ac Pe-

L. Prémonueram dé tridente: cave, ábstine. Q. Immo tú cave.
L. Ego iám prospexi. Q. Quódnam hoc est praestígium?
L. 'Apágesis, homó ineptissime, hic nullum est praestígium.
Desíste, nisi tu excípere mavis trína pariter vúlnera.
* Q. Attat,
Vérosimile, hunc néscio quem ésse de géniis vel mystériis.
Seminúdus albatúsque incedit, tóto splendet córpore.
Lár, processisti hódie pulcre: séd non totum intéllego.
Quód seminudus és, recognosco; únde albatus, néscio:
Putábam te agere ad cárbonarias, tú de pistrinís venis.

* Hoc vocabulum extra numeros positum est. Solebant talia veterum comoediarum actores haud raro pro lubitu iniicere. Similiter apud Graecos dolentis mirantisque exclamationes extra numeros poni, luculenter demonstratur in Sophoclis tragoedia Philoctete.

nates omnesque id genus minores Deos comprehendere videtur. — *vs.* 30. Quo habitu fere Genii pingebantur. Ritt. et Par. autumant, spectari ab auctore Druides, in sacris operandis alba veste ac nudis pedibus incedentes. — *vs.* 31. *processisti hodie pulcre*] e Ter. *Ad.* V. 9. 22. — *vs.* 32. Cur seminudus sis, causa est in propatulo, inopia nempe et pauperies, quae mihi in aedibus adest: cur vero laetitiam praeq te feras, hoc me fugit. Miserum sane rerum suarum conditionem a Querolo significari, manifestum est ex iis, quae proxima subsequuntur. Adde mox vs. 125 seqq. — *vs.* 33. *ad carbonarias*] cellas seu casas. Qui carbones divendere solebant, homines erant infimi loci. Plaut. *Cas.* II. 8. 2, ubi Taubm. in adnot. Aur. Vict. *de Vir. Ill.* c. 72. Tertullian. *de coron. Chr.* 6. de eo, qui e mala conditione in conditionem nihilo meliorem transit, dicit, eum *de calcaria in carbonariam pervenire*: ita h. l. opponitur carbonariae *pistrinum*. Caeterum uti pistrinum tanquam locus, quo malefici servi in poenam mittebantur, in comoediis nobile est, sic fortasse etiam

te putabam: tu de pistrinis venis. L. Hei, etiam istud de meo, quod in malis tuis commode iocaris. Audi nunc iam. Permovet nosmet, Querole, tua quamvis inanis querimonia. Idcirco itaque veni, ut ratio tibi ex integro redderetur, quod nemini antehac contigit. Q. Tibine rationem rerum humanarum licitum est nosse atque exponere? L. Et novi et doceo. Proinde quicquid exinde quereris, hodie totum expromito. Q. Dies deficiet ante. L. Breviter percurre pauca, de quibus nunc tibi exponantur omnia. Q. Unum solum est, unde responderi mihi volo. Quare iniustis bene est et iustis male? L. Primum, ut apud vosmet fieri video, de persona est quaestio. Cuinam tu verba promis? Tibine an populo? Q. Et populo et mihi. L. Cum tu tibi ipse sis reus, quemadmodum satis aliisque mul-

---

Cicer. *in Vatin.* c. 13. eum, qui alba toga indutus erat, *albatum* dicit. *recognosco*] C. Paris. *recogno*. *egomet*] Du Cange in voce *carbonaria* legit: *ego*. *agere te*] C. Vet. *te agere*. *idcirco itaque*] quamvis Wasse ad Sallust. *Fragm. Hist.* p. 249 complura huiusmodi iterationis exempla afferat, quibus adde Iustin. 37. 1 et Vell. Pat. II. 23, alterum tamen perperam irrepsisse videtur. *humanarum*] manifesta glossa. *expromito*] C. Paris. *expromitto*. *nunc tibi*] C. Vois. et Pith. *tibi nunc*. *responderi*] C. Pith. et Paris. *responderc*. *tu verba*] C. Vet. *verba tu*. *aliisque multis*] C. Pith. et Paris. *aliis quam multis*, C. Vmm. *aliis, multis*, postea interiecta litera *q*; hinc Daniel *aliis multis*, Ritt. vero et Par. *aliis quoque multis*. Canneg.

---

hoc in poëtae lusu de carbonariis tenendum est. Sane *calcariam* et *sulphurariam* ad eundem hunc usum inserviisse, docet Ulpian. l. 8. 10. D. *de poen.* 48. 19. *vs.* 34. *de meo*] ex meo munere. Cf. Cicer. *Verr.* III. 44, Liv. II. 16. *in malis iocaris*] Horat. *Serm.* I. 5. 62. *in morbum iocari* dixit. Sed Q. non iocari dicitur *de malis*, verum dum est *in malis* con-

L. Etiam ístud de meó, quod in malís tuis
(Tam) cómmode iocáris. Audi nánc iam.
Inánis quamvis nós permovit túa, Querole, querimónia.
Idcírco veni, ex íntegro ut ratió tibi
Reddátur, neminí quod antehac cóntigit.
Q. Tibi rationem rérum nosse lícitum'st atque expónere?
L. Et nóvi et doceo: proín, quod quereris, hódie totum (exprómito.
Q. Díés deficíet ánte. L. Breviter páuca nunc
Percúrre: exponam dé quibus tibi ómnia.
Q. Unum ést solum, unde résponderi mihí volo:
Quaré bene ést iniústis, et iustís male?
L. Prímum, ut apud vos fieri video, dé persona est quaestio.
Cuinám tu verba prómis? populone án tibi?
Q. Et pópulo et mihi. L. Cum tú tibi ipse sís reus,
Quemádmodum satis áliis multis défensorem té paras?

---

stitutus. — *vs.* 35. *commode*] Plaut. *Pseud.* I. 2. 189. Ter. *Heaut.* III. 2. 49. — *vs.* 44. *quare bene est iniustis*] ad hanc querelam late respondet Seneca, *de Provid.* Occurrit ea quoque apud Menand. p. 222. — *vs.* 45. *primum de persona est quaestio*] e iure sumtum. Namque in multis litibus, antequam de ipsa causa viderent iudices, *praeiudicium* fiebat *de statu personae*. Cf. Brisson. *de Verb. Sign.* p. 839. — *vs.* 46. *cuinam?*] in cuius commodum? — *populo*] hominibus universe, non soli tibi: cf. supra prolog. vs. 14. Videtur autem ludere poëta, iniecta cogitatione actionis *pro populo* (Gaius, IV. 82. Inst. Iustin. IV. 10.) aut *popularis*: Brisson. in voce. — *vs.* 48. *satis*] utiliter, efficaciter. Iungo cum *te paras*, Daniel vero cum *defensorem*. Sane ita Appul. *Metam.* II. p. (ed. Oud.) 144. *satis peregri-*

tis defensorem te paras? Q. Ego novi reum me non esse. L. Ergo posthac assertio conticescet, si persona exploditur. Inter bonos an inter malos tete numeras? Q. Etiam quaeritas, quid mihimetipsi videar, cum de scelestis conquerar? L. Si probo, de illis tete esse quos accusas, hoc est, de malis, pro quibus posthac loquêre? Q. Si criminosum me esse conviceris, necesse est meritis ut meis sensum accommodem. L. Celeriter nunc mihi responde, Querole, quanta iam putas fecisse te capitalia? Q. Equidem nullum, quod sciam. L. Nullumne? Ergo excidere omnia. Q. Immo omnia pene retineo, sed scelus nullum scio. L. Heo, Querole, furtum nullum admisisti? Q. Nusquam, ex quo destiti. L. Ha, ha, he, hoc est nunquam ad-

---

sat tibi aliisque: denique ingeniose Koen. "cum tu *satis* ipse tibi reus, quemadmodum *tibi* aliisque." Sed e lectione Cod. Voss. sensus sibi constat. *reum me*] C. Voss. Pith et Paris. *me reum*. *posthac ass.*] corruptum ex *postea haec ass.* *quid*] Canneg. *quis*, quod non displicet. *ipsi*] C. Voss. Pith. et Paris. *ipse*. *quanta iam*] Ritt. et Par. *quantanam*. *fecisse te capitalia*] C. Pith. et Paris. *capitalia te fecisse*. *excidere*] C. Pith. et Paris. *exciderunt*. *nusquam*] C. Vet. *nullus*, ubi vid. adnot. — *vs.* 50. *adsertio*] proprie sic dicitur, quando quis in libertatem *asserebatur*. Cf. rubr. Cod. 7. 17. Brisson. voce. Postea hoc vocabulo indicabatur universa illud, quod aliquis asserit, contendit (Facciol. voce) uti h. l. querela ista: *quare bene est iniustis?* — *persona exploditur*] reiicitur; cf. Briss. voce *explosa*. Proprie dicebatur hoc limine iudicii expelli (*niet ontvankelijk verklaard worden*), vid. l. 3. Cod. *de Sent. resc.* 7. 50. — *vs.* 54. *criminosum*] Classicis *criminosus* fere dicitur, qui alicui crimina ingerit, exprobrat; Tamen, uti a Ter. *Eun.* IV. 3. 1, et aliis; *scelerosus*, ita a P. Syro (ed. Bentl.) vs. 150. *criminosus* refertur ad illum, qui male agit, crimen perpetrat. Ita noster quoque videtur: nisi magis conveniat significatio, quam Du Cange

Q. Ego nóvi reum non ésse me. L. Ergo póstea
Háec adsertio cóntícescet, sí persona explóditur.
'In bonis anne in malis te númeras? Q. Etiam quaéritas,
Míhimet ipse quíd videar, cum dé scelestis cónquerar?
L. Sí probo te de íllis esse, qúos accusas, dé malis,
Pró quibu' post loquére? Q. Si me críminosum víceris,
Necésse est meritis út meis sensum accómmodem.
L. Céleriter nunc míhi responde, Quérole. Quanta iám putas
Capitália te fecísse? Q. Ego nullum, quód sciam.
L. Nullúmne? Ergo (tibi) éxciderunt ómnia?
Q. 'Immo omnia péne retineo; séd scelus nullúm scio.
L. Nullum ádmisisti, Quérole, furtum? Q. Nullum, ex (quo déstiti.
L. Há, ha, he! hoc est nunquam ádmisisse? Q. Quáe sunt (vera, nón nego.

---

exhibet, *criminosum* dici, qui olim *reus*. In caeteris Lexicis fere utrumque desideratur. — *vs.* 56. *quanta*] numerum, non gravitatem criminum tangit. Ita *quanta* pro *quot* exstat Prop. I. 5. 10, Sen. rhet. *Controv.* V. 33, Val. III. 161, Stat. *Silv.* IV. 3. 49 et 152. cf. etiam infra II. 4. 87. Inprimis hanc significationem inferioribus scriptoribus usurpatam esse, docent Cantab. ad *Script. Hist. Aug.* I. 68. Stewech. ad Veget. *Re Mil.* III. 5. p. 269. Caeterum perinde Graecis τοσοῦτοι dicuntur et *tot* et *tanti*. — *vs.* 57. *capitalia*] scil. crimina. Ritt. et Par. intelligunt ea, quae capitali poena plectuntur. Equidem malui universe, quae graviora sunt: uti nostratus *hoofdmisdaden:* quod patet, ni fallor, ex delictis, quae poëta mox recenset. Cf. porro Ter. *Ad.* IV. 8. 5. et Cic. *de N. D.* I. 6. e poëta. — *vs.* 59. *retineo*] teneo, memini, ita infra III. 1. 10. et V. 2. extr. — *vs.* 61. *nunquam admisisse*] Grut. locum sumtum putat e Salviani *de Gub. Dei* libro III. á non est nunquam omnino fecisse, fa-

misisse? Q. Quod verum est non nego. Adulescens quaedam feci, fateor, laudari quae solent. L. Cur igitur destitisti de scelere tam laudabili? Transeamus istud. Quid de falso dicimus? Q. Hem, quis autem verum dicit? Istud commune est, abi. L. Idcirco crimen non est? Quid de adulterio? Q. Attat, etiam hoc crimen non est? L. Quando autem licitum esse coepit? Q. Men' rogas? Quasi tu nescias. Hoc est quod nec permitti, nec prohiberi potest. L. Quid ad haec, Querole? Videsne te contra licitum vivere? Q. Si tu me ad haec revocas, nemo est innocens. L. Et tamen non de omnibus tete interrogavi, si reminisceris. Q. Nihil est amplius. L. Nulli igitur mortem optasti? Q. Nemini. L. Quid si convinco? Q. Nihil est quod respondeam. L. Dic mihi, si soceros nunquam habuisti? Q. Ecce iterum generale. L. Ergo omnia de

---

lum, quod recipio. In caeteris Codd. male mutatum videtur. *soceros*] Par. *socios*, Canneg. aut *socios* aut *socerum*. *generale*] C. Pith. et Paris. *generalia*.

» cere cessare." Locus sane consimilis est: verum, si qua adfuerit imitatio, potius e Querolo Salvianum, quam auctorem Queroli ex operibus Salviani lucratum puto; cf. prolegomena. — *vs.* 62. *laudari quae hio solent*] intelligo cum Grut. fraudes istas ac furta, quae Comici adolescentes in patres et lenones intendere solebant, quaeque spectatorum plausu probabantur. Vocula *hic*, quam iniecimus, egregie istuc fecerit. Minus recte, opinor, Rittersh. ad puerorum Spartanorum furta locum refert. — *vs.* 64. *transeamus*] prima fronte videatur hoc esse Queroli, in respondendo haerentis, et hinc ulterius pergi iubentis. At mox vs. 82. Lar iterum: *transeamus*. — *vs.* 65. *quis verum dicit*] Cf. Menand. p. 216. et illud ἡ γλῶσσ' ἁμαρτάνουσα τ' ἀληθῆ λέγει. *istud commune est*] Ter.

A. Adolescens quaedam féci, fateor, (hic) laudari quae solent.
L. Cur igitur de scelere destitisti tam laudabili?
Q. Transeamus istud; quid de falso dicimus?
65. Q. Hem! quis autem verum dicit? Istud commune est, abi.
L. Idcirco crimen non est? Quid de adulterio? Q. Etiam (hoc crimen est?
L. Quando autem esse licitum coepit? Q. Quasi tu nescias, (mé rogas.
Hoc 'st nec permitti quod, nec prohiberi potest.
L. Quid ad haec, Querole? té videsne contra licitum vivere?
70. Q. Ad haec si tu me revocas, nemo est innocens.
L. Et tamen haud te de omnibus magni, si reminiscaris,
Q. Nihil est amplius. L. Igitur nulli mortem optasti? (Q. Nemini.
L. Quid, si convinco? Q. Nihil est, quod respondeam.
L. Dic mihi, si soceros unquam habuisti. Q. Ecce iterum (generalia.

An *vs.* 66. *Idcirco crimen non est? Ergo de adulterio quid dicimus?*
Q. Attat, etiam hoc crimen non est.
vs. 69. *Vidén' te, Querole, contra licitum vivere?*

Phorm. II. 3. 15. — *vs.* 68. Similiter Tac. *Hist.* I. 22. »genus »hominum, quod et vetabitur semper et retinebitur.« Caeterum quod h. l. de morum licentia dicitur, ab experientissimo quoque legislatore facile verum esse agnoscetur. — *vs.* 70. *nemo est innocens*] Dion. Cato (ed. Amtz. Amst. 1754.) *Dist.* I. 5. »nemo sine crimine vivit«: ubi vide loca, a V.V. DD. collata, quibus adde si Senecam, *de Benef.* I. 10, *semper de nobis*, caet. — *vs.* 73. *nihil est*] nempe, *si* conviceris. — *vs.* 74. *si*] ut Graecorum *εἰ*, frequens in rogando: cf. Duk. ad Flor. p. 445. — *soceros*] uxo-

omnibus confiteris. Q. Quando sic interrogas. L. Quando haec tibi levia videntur, nescio quid sit, quod crimen putes. Die mihi praeterea quotiens peieraveris: expone celeriter. Q. Bona hora hoc exaudiat; istud a me semper alienum fuit. L. Quanto amplius quam millies peieraveris, hoc requiro: saltem hoc dicito. Q. Oe, illa tu nunc requiris cotidiana et iocularia. L. Non facile intellego, periurium ioculare quid putas. Tamen transeamus, quod, ut video, consuetudo iam fecit leve. Quid igitur, sciens prudensque sacramentorum nunquam rupisti fidem? Ut alia taceam, nunquam iurasti amare te, quem iuratus oderas? Q. Heu me miserum! quid ego hodie mali cum istoc repperi? Iuravi saepe, fateor, quod cum staret verbis, non staret fide. L. Urbane igitur peierasti: fieri hoc so-

---

saltem hoc] C. Pith et Paris. omitt. *hoc*; Par. ita: *requiro saltem, hoc.* *iuratus*] glossa. *quid*] C. Pith. et Paris. adscr. *pro quantum.* *istoc*] C. Pith. et Paris. *isto.* *saepe*] a C. Vet. abest. *cum staret*] C. Vet. Voss. et Pith. *constaret.* *Urbane igitur*] C. Voss. et Pith. *Urbane. Igitur*; quam lectionem commendat Ritt. *fieri*] C. Pith. *feri.* Grut. Par. et Canneg. ita legunt. » *Q. Fieri hoc solet. L.*

---

ris parentes. Cf. Virg. *Aen.* II. 457. Uti Iuvenalis et Martialis saepius filiis patri mortem exoptari dicunt, sic illud meliore iure in soceros convenit, quorum hereditatem generi per uxores capiant. — *vs* 75. *omnia de omnibus*] Ritt. animadvertit Graecam locutionem: πάντα περὶ πάντων. — *vs.* 78. *Bona hora hoc exaudiat*] Ritt. et qui eum fere semper sequitur, Par. afferunt Plautinum illud: *praefiscini dixerim*, et Germanorum: *Gott lass mich 's in einer guten Stunde reden*, quasi de omine avertendo sermo sit. Cf. etiam Ritt. ad Oppian. p. 4. Potius intelligenda videtur Graecorum ἀγαθὴ Τύχη, quam sibi iratam imprecetur, si mentiatur. Sic *Bonus Eventus* Deus notissimus est. Vid. Inscript. Grut. p. 101. Muratori p. 92.

L. Ergo ómnia de omnibus cónfiteris? Q. Quándo nic intés- (rogas.
L. Quándo haec levia tíbi vidéntur, néscio, quid crimén putes.
Dic mihi, quotiens péieraveris. Expone céleriter.
Q. Bóna hora hoc exaúdiat. Alienum á me istud semper fuit.
L. Quanto ámplius quam míllies hoc requíro, saltem hoc (dícito.
10. Q. Tu núnc requiris ílla quotidiána et ioculária.
L. Nón intellegó, periuriám ioculare quid putem.
Transeámus, quod iam cónsuetudo fecit, ut vídeo, léve.
Sciéns prudensque sacrámentorum núnquam rupisti fidem?
Ut ália taceam, nunquam amare te iurasti, quem ódera?
85. Heú me miserum! quid ego hodie cum istoc reppéri mali?
Iurávi, fateor, quod, cum staret vérbis, non staret fide.
L. Urbane igitur péierasti: (saépe) fieri hóc solet.

An *vs.* 87. *Urbáne igitur peierásti; fieri istóc solet.*

Inprimis Appul. *Metam.* IV. (ed. Oud.) p. 238, et XI. p. 814. Amm. Marc. XXIX. 6. extr., ubi Lindenbr. et Vales. Horas Deas, Εὐνομίην, Δίκην καὶ Εἰρήνην, memorat Hesiod. *Theog.* 902. Per quas etiam homines iuravisse docet Oudend. adnot. ad Appul. *Met.* V. p. 373. Praeterea verbum *exaudiat* in imprecationibus solemne est. Vide sis Liv. XL. 5. — *vs.* 80. *iocularia*] ita hoc vocabulo utitur Ter. *Andr.* IV. 5. 53. et *Phorm.* I. 2. 84. Intelligit autem Querolus invocationem Deorum in quotidiano sermone usitatissimam, qua utimur incogitantes. Ideo mox opponit Lar.: *sciens prudensque.* — *vs.* 85. *cum istoc*] vocula *cum* hoc sensu ab indignante et irato usurpatur. Cf. Ter. *Eun.* IV. 3. 9. et Canneg. ad Avian. *Fab.* 37. 17. — *vs.* 86. *cum staret — non staret*] eleganter haec opponuntur sibi invicem: evanescit illud in altera lectione *consturet.* — *vs.* 87. *urbane pe-*

let. Quanto mallem, ut sermo laberetur, et staret fides! Tune, Querole, verbis te absolutum esse credis? Peierat saepe, qui tacet. Tantum est enim tacere verum, quantum et falsum dicere. Q. Omnia igitur peregisti, totum commerui. Vale. L. Immo nihil est actum, Querole, nisi sequantur haec duo: primum contra meritum tuum miserum te non esse ut comprobem: secundo, etiam felicem tete esse iam nunc ipse intellegas. Q. Ergone egomet aerumnosus non sum? L. Et fateor, sed vitio tuo. Atque ut in omnibus revincare, expone breviter, de quibus quereris maxime. Q. Primum tibi, geniorum optime, conqueror de amicis. L. Spes bona: quid de inimicis iste faciet? In quo tamen amicitiarum te laesit fides? Q. Nemo mihi magis molestus, quam familiaris: neque magis morigerus, quam leviter cognitus. L. Quidnam hoc mirum, si te qui novit, despicit: qui non novit, diligit? Q. Agimus tibi gratias, Lar fa-

---

et falsum] Canneg. *est falsum*. *peregisti*] C. Vet. et Ms. Grut. a manu secunda *peregi*, quod suadet Grut. Par. et Salmas. ad *Hist. Aug. Script.* I. 638. *et fateor*] Par. *id f.* Canneg. *ego* vel *id f.* *revincare*] Canneg. *evincare*. *amicitiarum*] vocabulum pro *amicis* exstat in Tac. *Ann.* V. 2. Suet. *Tiber.* 51: verum h. l. e glossa exortum videtur. *mirum*] C. Voss. et Pith. addunt *est*. *qui non*] C. Pith. *qui*

---

ierasti] h. e. callide. Cf. infra ad vs. 252. Frangitur, ni fallor, sensus, ac tollitur dicti elegantia, si *urbane* et *peierasti* disiungimus. Caeterum ita periurium haud magni pendit Labrax Plautinus, *Rud.* V. 2. 68. et 3. 18. — *fieri hoc solet*] non video, cur haec ad Querolum referam. Ita Laris oratio procedit: » tecto et callido modo peierasti: quae periuria sunt sane frequentissima. At » quanto mallem" caet. — *vs.* 88. Ita Plaut. *Bacch.* III. 6. 13. eos increpat,

Quánto mallem, ut sermo laberétur, et starét fides!
Tun' vérbis te absolútum credis? Péierat saepe, qui tacet.
Tántum enim est tacére verum, quántum est falsum dí-
(cere.
Q. 'Igitur omniá peregisti: tótum commeruí, vale.
L. 'Immo nihil est áctum, Querole, nísi séquantur haéc duo:
Primum contra méritum miserum té non esse ut cómprobem;
Secúndo, ut esse té felícem iám nunc ipse intéllegas.
Q. 'Ergo ego aerumnósus non sum? L. Fáteor, sed vitió tuo.
'Atque ut in omnibu' víncam, expone, dé quibu' quereris
(máxime?
Q. De ámicis primum, Géniorum optime, cónqueror.
L. Spés bona! Quid inimícis faciet? Támen in quo laesít
(fides?
Q. Nemo mági' molestus, quám familiarís, mihi,
Neque mágis morigerús, quam leviter cógnitus.
L. Mirum hóc, si despicít, qui novit; quí non novit, díligit?
Q. 'Agimus gratias, Lár familiaris; tu órnas nos in ómnibus.

---

qui » lingua sunt factiosi, sublesta fide.". — *vs.* 91. *peregisti*] transegisti, percurristi: ego vero video me quamlibet poenam commeruisse. — *vs.* 93. *contra meritum miserum non esse*] iam aliquod mali levamen. Cf. Dion. Cato, *Dist.* III. 18, et (quem laudat Grut.) Salvian. l. IV. *de Gubern. Dei.* — *vs.* 94. *felicem te esse*] alterum solatium ex comparata aliorum sorte. Cf. Dion. Cato, *Dist.* IV. 32. — *vs.* 95. *vitio*] culpa. Cf. Cic. *Acad.* IV. 16. — *vs.* 98. *quid inimicis faciet?*] quid criminis in inimicis reprehendet? — *vs.* 99. Scilicet, quando consuetudo audaciam fecit, in omnibus sibi serviri volunt, olim, ut in sodalitatem irreperent, apprime faciles et officiosi. Huc pertinet etiam nobile dictum illud: » levia beneficia amicos, gravia inimicos pariunt." — *vs.* 101. Cf. Martial. I. 113. — *vs.* 102. *ornas*]

miliaris, tu nos ornas in omnibus. L. Iam intellego, quid querere. Visne brevibus remedium hinc dari? Q. Valde cupio. L. In amicitiam et fidem stultum ne receperis. Nam insipientum atque improborum facilius sustinetur odium quam collegium. Q. Quid si sapiens non erit? L. Stultos ingenio rege. Q. Quomodo? L. Vis te non decipi? Q. Cupio. L. Credideris nemini: in tua est potestate, ne decipiaris. Cur accusas perfidos? Visn' tibi honorem deferri? Q. Maxime. L. Inter miseros vivito. Q. Prope vera loqueris. L. Visne te non decipi, maxime a tuis? Q. Vellem, si fieri potest. L. Dicam quod dictum est prius. Nemini te, Querole, nimis sodalem feceris. Res nimium singularis est homo, ferre non patiens parem. Mi-

---

te non. et fidem] e glossa adiectum. *quid si*] C. Vet. *quodsi*, quod suscepit Par. *quomodo?*] Deest Laris responsum. Itaque aliquid excidisse videtur. *credideris*] C. Vet. Pith. et Paris *ne cred.*, quod etiam in Cod. Voss. adfuisse videtur. *res nimium*] Daniel haec usque ad ea verba, *quid placeat*, ad Querolum refert. In Cod. Voss. ad hunc locum Quer. in margine adscriptum est. *est homo*] C. Voss. *est. homo f.* *ferre*] Grut. Par. Canneg. et Cort. ad Sall. *de rep. ordin.* p. 1018. *fere.*

---

ironice dictum: nisi malis *oneras*, uti est Plaut. *Pseud.* I. 3. 123, et II. 4. 74. *Mil.* IV. 1. 29. — *vs.* 103. *hinc*] hac in re, hac ex parte. — *vs.* 104. Menander: φρόνησιν ἀσκῶν ἄφροσιν μὴ χρῶ φίλοις. (*Reliq.* 274.) — *vs.* 106. *collegium*] i. e. sodalitium, convictum. Supra ad Rutil. vs. 5. Caeterum de latronum coetu *collegium* usurpavit Appul. *Metam.* VII. 446, 458 et 461. *In Augustum collegium adscivit*, de eo, qui in partem Imperii vocabat, exstat apud Ammian. XXX. 7. Add. Liv. X. 13 et 22. — *vs.* 107. *stultos ingenio rege*] Gnatho Ter. *Eun.* II. 2. 1. „quid praestat stulto intelligens!" Menander: ἀνθρώπους ῥινῶν φάτνην ἔχω. (*Reliq.* 270.) — *vs.* 108. *credideris nulli*] Epicharm. μέμνησ' ἀπιστεῖν. Eadem nostri sententia a recen-

L. Intéllego iam, quid querare: visne remedium hinc dari?
Q. Válde cupio. L. In amicitiam stúltum ne recéperis.
Nam insipientum atque ínproborum sústinétur fácilius
Odium quam collégium. Q. (Sed) quid, si sapiens nón erit?
L. Stultos ingenió rege. Q. Quomodo?
L. Vis non decipí te? Q. Cupio. L. Credíderis nulli. In (tua
Potéstate est, ne décipiaris. Cur accusas pérfidos?
Vin' tibi honorem ferri? Q. Maxime. L. Inter miseros (vivito.
Q. Prope véra loqueris. L. Vísne maxime á tuis te non (décipi?
Q. Vellem, si fierí potest. L. Dicám, quod dictum ést prius:
Nullí te, Querole, nímis sodalem féceris.
Homo res nimium est singularis, férre non patiéns parem:

---

tiore quodam compilatore in malum versum coniecta est (Georg. Maior, *vet. poët. sentent.* 1574. p. 221.) »ne omnia nitaris omnibus credere sem» per." — *vs.* 110. *miseros*] Canneg. intelligit, qui in parte civili vivunt, honores civiles gerunt, quoniam pars civilis infra dicitur *miserabilis.* Equidem putabam illud intelligi, eundem, qui cum primoribus vivens in humili loco habeatur, si inter miseros seu tenues vitam agat, honore caeteros praecedere. Cf. mox *minores despiciens*, caet. Caeterum versuum ordo turbatior esse videtur. Etenim, quae de honore dicuntur hoc versu, non seiungenda videntur ab iis, quae vs. 114, 115 et 116, exstant; ac, ni fallor, haec ita iuncta post ea, quae de sodalibus caute diligendis (vs. 111, 112, 113, 119) monentur, collocanda sunt. Certe ab auctore non, uti nunc exhibentur, mediis iis iniecta fuerunt. — *vs.* 112. *quod dictum est prius*] e Ter. *Eun.* prol. 41. — *vs.* 113. E Martiali XII. 34. Huc pertinet etiam Menand. p. 274. et notissimum illud: *ama, tanquam osurus*, quod fusius explicat Soph. *Aiax* vs. 679 seqq. Adde P. Syrum vs. 264. — *vs.* 114. *ferre*

nores despicitis, maioribus invidetis, ab aequalibus dissentitis. Dic quaeso quid placeat. Ergo secundum vitia et mores quid sit tenendum, discito. Compara comessationes, vinum, turbas respue: quem tu maxime tibi obligare volueris, quanto levius nectito. Conventus vero, et dibacchationes, et ioca frivola non quaero, ut amorem pariant; utinam nihil odiorum darent! Q. Quid quod plures huiusmodi societate optime utuntur? L. Novi omnia: illos mihi tu narras, qui totum occultant: nimium vel prudentes vel felices sunt quos requiris: hoc ad Querolum non facit. Q. Est aliud quod accusem. Pauper ego sum quidem, sicut tu vel nosti, vel facis: sed hoc mecum tolerabile est. Illud prorsus non fero, quod tenuitati nemo ignoscit, ne-

---

despicitis caet.] Canneg. *despicit is.* — *invidet is.* — *dissentit is.* *dic quaeso quid placeat*] iudice Koenio, cui adsentior, haec sunt interrogantis Queroli. *Compara*] vitiosa lectio, nisi velis ironice dictum: »compara comessationes, vinum." Canneg. *compares;* Koen. *convivia* vel *consortia;* Grut., cui adsentitur Par. *eum pare*, quod recipio. Comessationem eiusmodi cum amica exhibet Plautus, *Most.* I. 4, et II. init. Tum vero *Pers.* V. 1. 51. amicam *parem* vocat. *Par* de amante Horat. *Epod.* XV. 14. Prop. I. 1. 31. Ovid. *Fast.* III. 193 et 526. Porro tum de socio et comite, tum de coniuge inferiori aetati frequens erat. Vide Du Cange. *tibi*] C. Voss. Camer. et Pith. *tibimet.* *quanto*] in C. Pith. et Paris. adscript. *vel tanto*. Par. reponit *tanto.* *quaero*] Canneg. *quaere* vel *quaerito.* *vel prud.*] Salmas. ad *Hist. Aug.* I. 638. omitt. *vel.* *facit*] C. Paris. *faciet.* C. Pith et Paris. suprascr. *pertinet.* *mecum*] Daniel *malum.* *neque cuiquam* caet.] locus iniectis glos-

---

non patiens] *ferre aliquem* e Ter. *Heaut.* I. 2. 28. et frequenti scriptorum usu notissimum est. Uti Silius autem (*Pun.* XI. 98.) *impatiens cohibere*, ita noster dixit: *non patiens ferre*, quod nescio, cur Grut. Canneg. et Cortium ad Sall. p. 1018. tantopere offendat. — *parem*] aut universe indicatur is, qui itidem *homo est*, ut congruat Plautinum illud *Asin.* II. 4. 88: »*lupus est homo homini, non homo.*" (Add. Senec. *Epist.* 103 et Auson.

Minóres despicións, maioríbus invídet:
Aequálibus disséntit. Q. Quaeso, quíd placet?
L. 'Ergo secundum vítia et mores, quid tenéndum, díscito.
Cúm pare comissátiones, vínum, turbas réspue:
Quánto magi' vis óbligare, tánto levius néctito.
Convéntus vero et díbacchatiónes et ioca frívola
Nón quaero, ut pariánt amorem, útinam odiorum níl darent.
Q. Plúres societáte utuntur óptime. L. Novi ómnia:
Nárras hos, qui tótum occultant. Vél prudentes súnt nimis,
Vél felices, quós requiris. Hóc ad Querolum nón facit.
Q. 'Aliud accuso. Paúper ego sum, ut tú vel nosti vél facis:
Séd tolerabile ést hoc mecum. 'Illud prorsus nón fero,

---

sept. Sap. sent. ed. Bip. p. 147): aut intelligitur, uti accipit illud Cortius, *aequalis loco et opibus, eiusdem sortis particeps.* Cf. Du Cange, Gloss. — *vs.* 119. Haec locum vindicare videntur statim post illa: *Nulli te* caet. Sic etiam non rumpatur enumeratio ista voluptatum liberioris vitae, quae hoc loco fit. Caeterum respexisse videtur poëta vulgatum istud: *levia beneficia amicos, gravia inimicos pariunt.* — *vs.* 121. *ut*] pro *an.* Sic v. c.. Horat. *Epist.* I. 3 12. *pariant amorem*] Attamen e compotationibus vulgo quaeri, ᾧ πιςεύσομεν τὰ τοῦ βίου, affirmat Menander, p. 262. — *vs.* 122. *societate*] commercio cum sodalibus. *Societatem communitatemque generis humani* iungit Cic. *Fin.* IV. 2. — *vs.* 123. *occultant*] occultandum esse, si quid mali pateris, suadet etiam Menand. p. 252 et 258. Adde Philem. p. 312. — *prudentes sunt nimis*] scil. quam ut eos tecum conferas: nisi quis malit fortasse, *nimis* h. l. valere *admodum*, *valde*, quo sensu Plauto frequens est; vid. *Amph.* II. 1. 69. V. 1. 53, *Mil.* IV. 2. 8. add. Pareus. Lex. Crit. *Nimis* et *nimius* ita etiam saepius ab inferioris aevi scriptoribus usurpari, docent Gronov. ad Ammian. XIV. 11. et Canneg. ad Avian. *Fab.* I. 5. — *vs.* 126. *tolerabile est hoc mecum*] scil. illud pau-

que cuiquam, at aliquem dicat pauperem: quid praeterea? Hui quantum adiciunt! Stultitiam, negligentiam, somnium et gulam. Patientia desidiae, acrimonia crudelitati adsignantur. Sic vertuntur omnia: nemo ad facultates, nemo ad censum respicit: semper dives diligens; contra pauper negligens. L. Censoribus haec reserva, Querole. Nunc autem illud dicito, quod speciatiter te inquietat et gravat. Nam ista, quae protulisti, communia sunt et antiqua paupertatis crimina. Tamen tu neque dives neque pauper es. Hoc si agnosceres, felix eras. Q. Scisne me nuper patrem amisisse? L. Servasti praeceptum: speciale

---

sis obscurior. C. Paris. om. *hui*. Koen. *quid praeterea?* a Lare dictum vult. C. Vet. exhibet *quantam*, unde Ritt. et Par. *quanta*. Ms. Grut. antea habuerat: *aut dicat*. *patientia*] C. Voss. *paentientia*. *somnium*] C. Vet. et Pith. *somnum*, quod recepit Par. *adsignantur*] C. Vet. Pith. et Paris. *adsignatur*. *crudelitati*] glossa videtur pro *feritati*, quod recepimus. *omnia*] Ritt. Canneg. et Cort. ad Sall. *Catil.* LII. 21. *nomina*. *nemo ad facultates*] haec e glossa exstitisse puto. *et antiqua*] glossam puto. *pauper es*] C. Vet. omitt. *es*, C. Voss. *paupes*.

---

pertatis incommodum, quod multis ad usum vitae necessariis caream, haud graviter fero. Eadem fere Plautinus Euclio, *Aul.* II. 1. 10. Ita tamen paupertatem aequo animo tolerat, si sui solius, non caeterorum, respectum habeat. *Mecum* sic usurpatur infra vs. 176. Cf. etiam vs. 177, et supra ad Rutil. 8. *vs.* 127. *ut dicat pauperem*] nimirum *simpliciter* hoc dicat. — *vs.* 128. *quantum adiiciunt*] vitia nempe, quae ditiores pauperum propria atque adeo eorum egestatis causas esse criminantur. — *vs.* 129. qui patienter ferunt ditiorum iniurias, socordes et ignavi; qui irascuntur, feri truculentique appellantur. — *vs.* 130. *ad censum respicit*] unde pateat videlicet, utrum quis patrimonium dilapidaverit, an vero inde ab initio pauper fuerit absque culpa sua. *vs.* 132. *Censoribus*] vel intelligendi sunt simpli-

Quod ténuitati némo ignoscit, áliquem ut dicat paúperem:
Hui! quántum adiiciunt: néglegentiam, stúltitiam, somnum ét gulam.
Patiéntia desidiae ádsignatur, féritati acrimónia.
Vertúntur omnia: némo ad censum réspicit.
Sémper dives díligens, e contra pauper négligens.
L. Censóribus haec resérva, Querole! Núnc autem illud dícito,
Speciáliter quod te ínquietat ét gravat.
Nám communia prótulisti paúpertatis crímina:
Tu néque dives neque paúper; hoc si agnósceres, felix eras.
Q. Scísne me patrem ámisisse? L. Sérvasti praecéptum: hoc est

---

citer indices, magistratus (cf. Du Cange, gloss. v. *censor*) vel hoc sibi voluit auctor, censorum propriam esse curam, ne iis, quos inter pauperes censeant, haec maledicta impune ingerantur. — *vs.* 134. *communia*] nullus non scriptor in paupertatem, atque iniquum iudicium, quod de pauperibus ferri assolet, quaedam dictitavit. E Comicis cf. Menand. p. 2. (coll. Ter. *Phorm.* III. 2. 9.), p. 6. (coll. Ter. *Ad.* IV. 4. 14.), p. 32, 34, p. 270. (coll. Philem. p. 366.), p. 372. Porro Philem. p. 346. (coll. Menand. p. 102.) Plaut. *Aul.* II. 2. 19 et 50, *Men.* IV. 2. 8. *Pers.* III. 1. *Stich.* I. 3. 24. Caeterum adde Hesiod. *O. et D.* vs. 662, Hor. *Carm.* III. 24. 42, Sall. *Catil.* c. 12, Iuven. III. 145 et 153. — *vs.* 135. *neque dives neque pauper*] hanc mediam conditionem laudibus celebrat Philem. p. 352. Vide et, qui paupertatis ac mendicitatis discrimen exponit, Aristoph. *Plut.* vs. 550 sqq. (ed. Hemst.) p. 163 seqq. *eras*] fores, fueris. Graecismus est, quo noster frequenter usus, passim indicativum, quem dicunt, modum pro subiunctivo usurpat. Sic Ammianus quoque frequentissime. Cf. e. g. 14. 11: 16. 12: 21. 13: 22. 11: 25. 4: 26. 7 et 10: 27. 2: 30. 1 et 6. — *vs.* 136. *praeceptum*] Canneg. explicat: *naturae legem, quae est, ut patrem efferat filius.*

hoc plane est: hoc est, quod nemini antehac contigit. Quid igitur? Nonne hoc iustum fuit, bustum ut efferret filius? Q. Fateor: sed pater ipse nihil reliquit. L. Dura deploratio: exsequias inanes tibi contigisse luges. Irasceris ergo, non doles. Patri certe nihil defuit, tibique hodie nihil defit. Non enim hoc parva hereditas. Succensesne? Senio saltem extremo sibimet vixit, qui semper tibi. Utinam tu heredibus tantum relinquas, quantum reliquit Euclio. Dic ergo aliud, iam istinc nihil audio. Q. Servus mihi est, quem tolerare nequeo, Pantomalus et mente et nomine. L. Facilem te, Querole, si unus tibi est Pantomalus! multi Pantomalos habent. Q. Sed plures audio, qui suos etiam laudant. L. Isti peiores habent. Q. Cur igitur laudant? L. Quia quid deperdant nesciunt. Q. Tempestas

---

plane est] Canneg. *plane est? nemini antehac*] C. Vet. *antehac nemini. contigit*] Canneg. *contigit? hoc iustum*] C. Vet. Pith. et Paris. *iustum hoc. luges*] e glossa. *Irasceris ergo, non doles*] C. Pith et Paris. *Irasceris. Ergo n. d.*, Canneg. *non doles patri. Certe* caet. Iungatur *exseq. cont.* cum *deploratio*, quod malim, quam ut pendeant ista ab *irascere. defuit, tibique*] Canneg. *defuit tibi tibique. hoc*] Par. *haec. succensesne*] C. Voss. et Pith. *suscensesne*. Equidem e glossa putavi. *heredibus*] e glossa. *iam*] Ritt. *nam. Pantomalus*] C. Paris. suprascript. *totus malus. mente*] mutavi *re*, cuius glossa fuerit *mente*. Saepissime ita *res* et *nomen* opponuntur. Cf. Ovid. *Am.* I. 8. 3. *facilem*] C. Pith et Paris. *felicem*, quod suadent Ritt. Par. Koen. et Canneg. Quam frequens sit horum vocabulorum commutatio, vid. apud vv. dd. ad Florum (ed. Duk.) p. 315 et 351. Barth. vero (*Adv.* 1406.) tuetur *facilem* propter illud Homeri ῥεῖα ζώοντες, et Porcii in vita Ter. apud Donat. qui agitabant *facillime. tibi est*] C. Voss. *tibi es. multi*] Ritt., Koen. et Par. *multi multos. isti*] Barth. l. l. *isto. quid deperdant*] C. Pith et Paris. *quid perdant*. Canneg. *qui deper-*

Equidem hoc, perinde ac vs. 137. ironice dictum accepi, atque intellexi modo editum istud Laris monitum: *illud dicito, specialiter quod te*, caet. — *vs.* 138. *iustum*] rite, iuxta communem humani generis sortem. Sic

Speciále: hoc est, quod némini antehac cóntigit.
Quid ígitur? Nonne hoc iústum fuit, ut bústum efferret fi-
Q. Séd pater nihíl reliquit. L. Dúra deplorátio, (lius?
Exséquias contígisse inanes. Ergo irascere; nón doles.
Patrí nil defuit, tíbi nil defit: nón haec parva heréditas.
Sénio saltem extrémo sibimet víxit, qui sempér tibi.
Utinam tu tantúm relinquas, quántum liquit Eúclio.
Díc aliud ergo: námque istinc nihil aúdio.
Q. Mihi sérvus'st, nequeo quém tolerare, Pántomalus re
(et nómine.
L. Felícem te, unus sí tibi: multi múltos Pantomalós ha-
(bent.
Q. Sed plúres audio, suós qui laudant. L. Isti peiorés ha-
(bent.
Q. Cur igitur laudant? L. Quia, quid perdant, nésciunt.

Auson. *Eidyll.* III. 5. (ed. Bip. 145.) *Iusta quidem series patri succedere.* Add. idem *Parent.* praef. vs. 18. p. 62. IX. vs. 1. p. 68. *Epit. Her.* VII. 5. p. 107. — *vs.* 141. *tibi nil defit: non haec parva hereditas.*] fortasse ex Aristoph. *Plut.* vs. 554 (ed. Hemst. 168.). Praeterea Syrus. vs. 235. »quod »vult, habet, qui velle, quod satis est, potest." Add., qui haec laudat, Senec. *Epist.* 108, cf. et Eurip. *Phoen.* 557, Horat. *Carm.* III. 16. 43, Cato. *Dist.* IV. 2. Dictio: *nihil defit*, ubi adsunt, quae victui inserviunt, legitur etiam Ter. *Eun.* II. 2. 12. — *vs.* 142. Consimilis locus Plaut. *Merc.* III. 2. 3 sq. *Trin.* IV. 1. 20 et 3. 83, Ter. *Ad.* V. 2. 11. — *vs.* 145. *Pantomalus*] adverte vocabulum e Graeco et Latino sermone conflatum, cuius moris exempla bene multa collegit Salm. ad *Hist. Aug.* II. 405. coll. 296. Mixtio aevo digna est, quo Graecae voces ab elegantioribus affatim ipsi Latino sermoni insererentur. Cf. e. g. Auson. *Epist.* 12. Meliore forma Horat. *Serm.* II. 1. 122. *Pantolabum*, Martial. VI. 52. *Pantagathum* memorat. — *vs.* 148. *quid perdant, nesciunt*]

maxime fructus meos abstulit. Numquid commune hoc fuit? L. Non uno genere homines puniuntur: tibi tempestas obfuit; alter aliud pertulit. Q. Oe consortes mei iamdudum nihil incommodi pertulerunt. L. Fallis turpiter. Q. Da quaeso veniam. Ignorabam peculiarem tibi curam esse hanc de consortibus meis. Adhuc habeo quod obiciam. Vicinus mihi malus est. L. Ecce rem vere malam. Tamen, Querole, de uno isto quantum etiam hic praestiterim, vide. Vicinum malum pateris unum tantum: quid faciunt illi qui plures habent? Q. Conserva istum quaeso, Lar familiaris! ex voto meo tuere, quem praestitisti, ne forte nascantur duo. L. Quid si etiam hinc vincimus? Dic, quaeso, nunc mihi, quem tu putas feliciorem, tete, an istum, de quo quereris? Q. Quidnam hic simile est? Aut numquid dubitari

---

dant, Barth. l. l. *qui depereant*. *maxime*] Ritt., Koen. et Par. *maxima*. *numquid* caet.] haec verba Ritt. Laris putat esse Querolum consolantis. *homines*] C. Vet. *omnes*, quae lectio non displicet, sed altera et ipsa non inepta est, et plurium Codd. auctoritate nititur. *oe*] C. Vet. *sed*. *faciunt*] Ritt. *faciant*. *tuere*] in Cod. Camer. postea aliena manu adiectum est. *vincimus*] Canneg. f. *vincis eos*. *hic*] Canneg. f. *huic*.

---

callidis servorum artibus circumducti, ignorant, quae et quanta in suum detrimentum agitentur. De malo servo queritur etiam Menand. p. 226.

— *vs.* 152. *consortes*] non indicat peculiariter, quibus eadem paupertatis sors obtigit; verum aut cum Ritt. et Par. *confines*, *vicinos* intelligimus, (cf. Du Cange, voce) aut, quod malim, *sodales*, *aequales* eius (*kameraden*), qui vocabuli sensus usurpari videtur ab Ammiano 25. 7; 26. 10, add. ibid. c. 6. et Avian. Fab. 9. 23. *consortium*. Proprio sensu *consortes* dici, qui hereditatem indivisam tenent, docet Raevard. ad l. 85. 2. D. *de R. I.*

— *vs.* 153. *fallis*] scil. *me*: quod monere videntur sequentia. Si malis *te* adiungere, *turpiter* valebit: *stupide*. *tibi hanc esse curam*] te, Genium meis rebus praefectum, etiam res a me alienas attendere. — *vs.* 155.

Q. Fructús meos abstulit tempestas: númquid commune hóc (fuit?
L. Hominés non uno génere puniuntúr: tibi
Tempéstas obfuit, álter aliud pértulit.
Q. Consórtes iamdudúm mei nil pértulere incómmodi.
L. Fállis turpitér. Q. Da, quaeso, véniam: ignorabám tibi
Péculiarem hanc ésse curam dé consortibús meis.
Adhúc, quae obiiciam, hábeo; vicinus míhi malus. L. Ecce (rém malam.
Támen hic, Querole, de úno isto etiam quántum prae- (stiterím, vide.
Vícinum unum páteris tantum: quíd illi, qui plurés habent?
Q. Cónserva istum, quaéso, Lar familiáris, ex voto meo:
Praéstitisti quém, tuere, né nascantur fórs duo.
L. Quid, hínc si vincimus étiam? Quaèso, díc mihi,
Tén' feliciórem an istum, dé quo quereris, tú putas?
Q. Quidnam híc est simile? Aut númquid dubitarí potest,

An *vs.* 156. *Tamén de uno isto quántum hic praestiterim, vide.*
157. *Malúm vicinum pateris unum. Quid* caet.

---

ecce rem malam] Nobile Hesiodi monitum, *O. et D.*, vs. 345: πῆμα κακὸς γείτων, Latine vertit G. Faërnus in epimyth. fab. 57, cuius fabulae argumentum doct. editor Kroon ab ipso auctore profectum affirmat; equidem haustum illud arbitror ex Philemonis versibus, qui partim exstant etiamnunc in *Reliq.* p. 368. n. 85. Caeterum de malo vicino Plaut. *Merc.* IV. 4. 32. Menand. p. 274. — *vs.* 156. *quantum praestiterim*] quantopere tibi consuluerim, quum res tuas, quippe Genius, disponens, unum tantum apponerem malum vicinum. Cf. mox vs. 159. *praestitisti.* — *vs.* 158. *ex voto meo*] me, qui modo accusabam, iam volente. *Ex voto* pro *feliciter* usurpat Ammian. XVII. 9. — *vs.* 160. *hinc si vincimus*] hacce ex parte, de uno etiam

potest, feliciorem cum esse, qui alterum queri compellit, quam ille, qui ad querelam confugit? L. Hem, Querole, vis iam nunc facimus, ut infeliciorem esse hunc scias? Q. Valde cupio. L. Sed hoc egomet tibi tantum indicabo, paululum aurem accommoda. Q. Cur non aperte loqueris? Nunquidnam etiam tu times? L. Quidni timeam, qui tecum vivo? Aurem accommoda. Q. Age, dicito. Ha, ha, he, habeat, teneat, possideat, seque cum suis: laute edepol nos accipis doctor. L. Nonne? Q. Certe, iam nihil conquiror. L. Quid istuc, Querole? paululum tibi ita videtur: rursum ad ingenium redis. Sed quoniam miserum te non doces, superest, ut felicem comprobem. Die quaeso, Querole, sanus es? Q. Ita arbitror. L. Quanti hoc aestimas? Q. Hoc etiam imputas? L. O Querole, sanus es et felicem te negas. Vide ne postmodum felicem te fuisse

---

facimus] Ritt. *faciamus*, quod improbat Canneg. mutare Burm. ad Lucan. I. 126. Grut. et Par. *facinus*. *nunquidnam*] C. Pith. et Paris. *numquid*. Canneg. post *dicito* pers. *Lar*, post *suis* interponit *Quer*. Sequentia C. Voss. Pith. et Paris. ita exhibent: *doctor nonne certe* (omiss. pers.) *conqueror*] C. Pith. *conqueror? rursum*] Grut. l. *Quer. Rursum a. i. r. Lar. Sed. superest*] malui *est* i. e. licet, iam tempus est. *hoc etiam*] in Cod. Voss. et Par. suprascr. *sanitatem scilicet inter bona*. *felicem te*] C. Pith. et Paris. *te felicem*.

---

isto vicino, quotimoniam tuam confutamus. — *vs.* 163. *queri compellit*] hac verborum constructione usi sunt etiam Lucan. III. 144. Iustin. XVI. 5. XXX. 3, alii. — *vs.* 168. *qui tecum vivo*] quippe eo, qui timeas omnia, deque omnibus querare: nisi malis Larem formidare Querolī iram. Cf. supra Sc. 1 extr. — *vs.* 169. *habeat, teneat*] ita Ter. *And.* V. 3. 18, *Ad.* IV. 5. 12. Cf. etiam Appul. *Metam.* VI. (ed. Oud.) p. 425. et Plin. *Epist.* I. 16, ubi Gesner monuit, dicta haec ita esse ex formula iuris. *sic*] cum ista mala conditione, sive morbus fuerit turpis

Felicíorem esse, qui alterúm queri
Compéllit, quam illa, qui ád querelam cónfugit?
165. L. Vís iam nunc faciámus, ut infelicíorem esse hánc scias?
Q. Cúpio. L. Tibi tantum índicabo: paúlulum aurem accómmoda.
Q. Cúr non loqueris (híc) aperte? Númquidnam etiam tú times?
L. Quídni timeam egó, qui tecum vívo. Aurem accómmoda.
Q. 'Age dic. — Ha, ha, he, hábeat, teneat, póssideat sic cúm suis.
170. Laúte edepol nos áccipi', doctor. L. Nónne? Q. Iam nil cónqueror.
L. 'Istuc paululum íta videtur: rúrsum ad ingeníum redis.
Sed quóniam non docés te miserum, est, út felicem cómprobem.
Díc mihi, quaeso, Quérole, sanus es? Q. 'Arbitror. L. Hoc quanti aéstimas?
Q. Et hoc ínputas? L. O Quérole, sanus es, ét felicem té negas?

An vs. 168. *L. Quidni timeam, qui tecum vivo? Q. Age dicito. —*
et 169. *Hă, ha, he! habeat, teneat, possidebit sic (iste) cum suis.*

---

ac ridiculus, sive alia quaelibet abscondenda calamitas. — *vs.* 170. *laute-doctor*] liberaliter nobiscum communicasti, quod scire cupiebamus. *Doctor* h. l. appellari videtur Lar, quia Socratica prorsus ratione, tanquam si doctor philosophiae esset, hanc adversus Querolum disputationem instituerat. Porro dixit supra vs. 40, *doceo*. — *vs.* 171. *rursum-redis*] brevis tantum est ista morosi ingenii remissio; mox ad veteres mores tuos *redibis*. Eiusmodi praesens pro futuro usitat etiam in Aviani *Fab.* XX. 12. ubi Canneg. — *vs.* 172. *felicem comprobem*] vide supra vs. 94. — *vs.* 174. *sanus es*] sanitatem primarium esse aliquod

scias. Q. Iam superius dixeram, bene mecum agitur, sed iuxta alios male. L. Certe apud te bene. Q. Fateor. L. Quid quaeris amplius? Q. Quare alii melius? L. Iam hoc ad invidiam pertinet. Q. Sed recte invideo. Nam sum deterior inferioribus. L. Quid si feliciorem tete edoceo, quam sunt isti, de quibus dicturus es? Q. Tum igitur facies, posthac Querolus nullum permittat queri. L. Ut negotium sit brevius et lucidius, argumenta removeo. Tu fortunam dicito, cuius tibi conditio placeat. Sortem autem, quam ipse volueris, iam nunc dabo. Tantum illud memento, ne putes, posse te aliquid deplorare atque excipere, unde aliquid legeris. Q. Placeat optio.

---

apud te] glossam puto vocis *tecum*. *alii*] Ms. Grut. *aliis*. *iam hoc*] Ms. Grut. C. Voss. Pith. et Paris. *iam istud*. *deterior inferioribus*] Grut. et Par. *inferior deterioribus*. *deplorare*] Ritt. in adnot. ad h. l. et ad Oppian. p. 137. Burm. in *Catal.* p. 573. Par. et Cauneg. *deflorare*. *excipere*] Burm. l. l. *excerpere*. *legeris*] adscr. in C. Paris. *i. e. elegeris*. *placeat*] C. Vet. *placet*, quod etiam in Ms. Grut. e

---

fortunae beneficium, docet Philem. p. 364. — *vs.* 175. *fuisse*] ad sententiam facit Plaut. *Capt.* I. 2. 39. Porro, uti h. l. in *fuisse*, ita apud Ter. *Heaut.* I. 1. 41. et Plaut. *Rud.* V. 2. 34. in *habui* et *habuisse* magna praeteriti vis est. — *vs.* 176. *mecum*] cf. supra ad vs. 126. et mox *tecum*. Attamen potest etiam communi ratione accipi, ut sit: *bene mihi est, haud male res mea se habet*. *alios iuxta*] si meam tenuem sortem cum aliorum opibus conferas. — *vs.* 177. *quaeris amplius?*] mirantis: » etiamne plura tibi postulas? — *vs.* 178. *ad invidiam pertinet*] ita supra *ad vim pertinet*. Caeterum de invidia legendi Menander p. 218 et 220, Philem. ibid. p. 346. coll. versiculo in Stobaei *Anthol.* I. c. 83, Plaut. *Truc.* IV. 2. 31. — *vs.* 179. *deterioribus*] aliquis apud Menandrum quidlibet pati se malle dicit, ἢ τοὺς χείρονας Ὁρᾷν ἑαυτοῦ ζῶντας ἐπιφανέστερον (p. 248.). Eodem sensu vetat Plaut. *Poen.*

Víde ne postmodúm félicem té scīas fuísse. Q. Iám supra
Díxeram: bene ágitur mecum, séd alios iuxtá malè.
L. Certé bene tecum. Q. Fáteor. L. Quaeris ámplius?
Q. Quare alii meliu'? L. Iam hóc ad invidiam pértinet.
Q. Séd recte invideó. Inferior nám sum deterióribus.
L. Quid sí doceo feliciorem, quam hí, de quibu' dictú- (rus es?
Q. Tum ígitur facies, pósthac Querolus núllum ut permittát (queri.
L. 'Ut negotium sít lucidius, árgumenta rémoveo:
Tú fortunam dícito, cuius pláceat conditió tibi.
Sortem aútem, quam ipse vólueris, iam núnc dabo.
Meménto tantum illúd, ne posse té putes
Deplórare, atque excípere, unde aliquid légeris.

---

prol. 39., ne »deteriores anteponantur bonis." Ter. *Phorm.* III. 5. 37. »ad locum *melioribus*." — *vs.* 180. *feliciorem*] accuratius nempe inspectis aliorum malis: quod praesentissimum obtrectationis remedium. Cf. Philem. p. 310, Cato, *Dist.* IV. 32. Hinc infra Querolus: *meam mihi concede sortem.* — *vs.* 181. *nullum ut permittat queri*] i. e. non permittat, nullum queri. Nempe Querolus ipse a querendo prohibitus, neque aliis permissurus erat, ut quererentur: quod egregie personae eius convenit. Similis constructio in l. 41. 5. extr. D. *de test. mil.* 29. 1. »permittitur *militem* facere testamentum;" add. etiam Capitol. in Maximin. *Hist. Aug.* II. 34. — *vs.* 182. *argumenta removeo*] i. e. non argumentationem et disputationem callide constructam adhibebo, ut meam causam tuear. — *vs.* 186. *deplorare*] i. e. ploraudo velle avertere, demere, prouti *deprecari* precando velle tollere. Ita in l. ult. Cod. Theod. *de superexact.* (2. 8.) exstat *laesorum deploratio* i. e. petitio, ut illatum damnum restituatur. Add. 2. extr. C. Theod. *de naufrag.* 13. 9. — *atque excipere unde aliquid legeris*] sensus est: ex eadem sorte alia de-

Da mihi divitias atque honores militares, vel mediocriter. L. Istud tibi praestare valeo: verum illud vide, si tu valeas implere quod petis. Q. Quid? L. Potes bellum gerere, ferrum excipere, aciem rumpere? Q. Istud numquam potui. L. Cede igitur praemio atque honoribus his qui possunt omnia. Q. Saltem aliquid nobis tribue in parte civili et miserabili. L. Vis ergo omnia et exigere et exsolvere? Q. Attat, hoc excidit: iam neutrum volo. Si quid igitur potes, Lar familiaris, faci to ut sim privatus et potens. L. Potentiam cuiusmodi requi-

---

manu secunda emendatum est. C. Pith. et Par. in marg. adscr. *placeat, inquit, tibi optio aut electio mea.* *divitias*] ex iis, quae sequuntur, in hunc locum perperam divitiarum mentio relecta est. *cede* caet.] C. Voss. *caede* igitur *premio*. Sed *praemio* e glossa videtur. *omnia et*] lego *nomina*. C. Pith. et Paris. omitt. *et*.

---

precari et excipere (onera nempe), alia tibi seligere. Caeterum nullum esse bonum, quod non malum adiunctum habeat, docent Menander, p. 30, 122, 156, 248, Plaut. *Merc.* I. 2. 34. — *vs.* 187. *honores militares*] sub Imperatoribus, quo tempore et legionarii et praesertim praetoriani milites solerent fere omnia ad libitum disponere, vel primo loco honores militares expeti, haud absurdum est. Cf. Iuvenalis, vel quisquis alius fuit scriptor, Sat. XVI. Porro quantis commodis militum conditio ornata esset, passim ex Corpore Legum Theodosiano et Iustinianeo manifestum est. — *vs.* 188. *valeo praestare*] frequens huius aevi scriptoribus *valeo* pro *possum* usurpatur etiam a Cicerone, *Catil.* I. 6. — *vs.* 189. *ferrum excipere*] hostium tela non reformidans eminus pugnare. Aliud est *ferrum recipere*, scil. iugulo: quod propria vi dicebatur de victis gladiatoribus, quibus imperari solebat, ut ferrum reciperent, i. e. praeberent se victoris gladio trucidandos. Cf. Cic. *pro Sext.* 37. *Rosc. Amer.* 12, *T. Q.* II. 17. Caes. *de Bel. Gall.* V. 35, Add. Sen. *de Tranq. Anim.* 11. Recte Grut. illud discrimen contra Ritt. tuitus est.

Q. Placet ópte. Honores mílitares dá mihi vel mediócriter.
L. Váleo istud praestáre, si tu implére valeas, quód petis.
Q. Quíd? L. Pote' bellum gérere, ferrum excípere, aciem (rúmpere?
190. Q. Núnquam potui. L. Céde honoribus hís, qui possunt (ómnia.
Q. Saltem áliquid nobis tríbue in parte civili et miserábili.
L. Vis nómina exigere átque exsolvere? Q. Hoc éxcidit: (neutrúm volo.
Sí quid igitur póte', Lar, facito, ut sím privatus ét potens.

— *vs.* 190. *nunquam potui*] Iuvenis non aptus bello inducitur quoque in Plaut. *Trin.* Vid. ibi III. 2. 97. Adde Menand. p. 224. — *omnia*] scil. haec, quae enumeravi: nisi malit quis, voc. *haec* in contextum transferendo, legere: *qui haec possunt.* — *vs.* 191. *miserabili*] Quare pars civilis dicitur *miserabilis*? Ratio haud in promtu videtur. Fortasse, prouti solet Ammianus dignitates civiles, ubi eas opponit militaribus, *ordinarias* dicere (cf. XIV. 10, ubi Vales. et XXI. 16.), ita noster ea munera, quae tantopere honoribus militaribus anteponuntur, contemtim misera, miserabilia dictitat. Fortasse, ut e lusu notae sunt *personae miserabiles*, eae nempe, quae alienum auxilio tutelaque indigent (cf. L. Voet. ad Dig. V. 1. n. 115 multis sqq.), ita noster miserabilem nuncupavit partem civilem, quoniam illi, qui in parte civili munera gerunt, maxime causarum patroni, versantur fere in tuendis ac defendendis personis istis miserabilibus. — *vs.* 192. *nomina exigere*] huc facit insignis locus Horat. *Epod.* 2. 4, ubi recte Mitsch. *solutus* tum de exigendo tum de solvendo foenore intelligit: quod illustratur quoque eiusd. carm. vs. 69 et 70. Add. Iuven. XI. 185. — *vs.* 193. *privatus*] propria vi de eo, qui est *procul negotiis*. Ita privatus opponitur militanti *Hist. Aug. Script.* I. 1024. II. 32, Eutrop. X. 1, et l. 2. C. Theod. *de fals. mon.* Curiali vero opponitur *Lege Visig.* V. 4. 19. — *potens*] non munere gerendo, sed divitiis opibusque.

ris? Q. Ut mihi liceat spoliare non debentes; caedere alienos, vicinos autem et spoliare et caedere. L. Ha, ha, he, latrocinium, non potentiam requiris. Hoc modo nescio edepol quemadmodum praestari hoc possit tibi: tamen inveni. Habes quod exoptas. Vade, ad Ligerem vivito. Q. Quid tum? L. Illic iure gentium vivunt homines: ibi nullum est praestigium: ibi sententiae capitales de robore proferuntur et scribuntur in ossibus: illic etiam rustici perorant, et privati iudicant: ibi totum licet. Si dives fueris, patus appellaberis: sic nostra

---

mihi liceat] C. Vet. et Par. *liceat mihi.* *non potent.*] C. Vet. *et non potent.* *tum?*] Ritt. *iam?* *de robore*] C. Pith. et Paris. in glossa *arbore.* *in ossibus*] Ritt. et Par. eliminant *in.* *appellaberis*] C. Vet. et Par. *appellaveris*, quod recepit Par.

— *vs.* 195. *alienum caedere*] verberare, qui meus non est; hominem liberum. Comicis solemne est dictum, si quis molestus est: *eme, cui imperes.* Cf. Plaut. *Pers.* II. 4. 2, *Trin.* IV. 3. 54, add. Ter. *Phorm.* II. 2. 19; unde non longe aberrare videtur Sophocleum illud (*Oed. Col.* 839): μὴ πίτυσσ' ἃ μὴ κραυεῖς. — *vs.* 196. Hocce crimen ditioribus civibus divino carmine exprobrat Horat. *Carm.* II. 18. 23 sqq. Adde Quintil. *Decl.* XIII. 2, Appul. *Metam.* IX. (ed. Oud.) 664. — *vs.* 197. Sic. Amm. XIV. 9. e Cic. *pro Rosc. Am.* 22. »*latrocinium* »*illud esse, non iudicium.*" — *vs.* 199. *ad Ligerim*] Galliarum flumen (*Loire*); ubi ea aetate latrones e rustica plebe coorti rem publicam everterant. Cf. prolegomena. — *vs.* 200. *iure gentium*] i. e. *nullo* iure; non alio nempe, quam illud, quod barbarae gentes in viribus ponunt. Cf. Ammian. XVII. 27. Pompon. Mela III. 3. — *praestigium*] artes Iureconsultorum intelligere videtur. — *vs.* 201. Locus obscurior: de quo aut fallor aut voluit auctor haec spectatoribus significare: »ibi duri baculi (unde mox: *neque cupio uti robore*)" a fortioribus in imbecilliorum caput et ossa (infra

L. Cuiúsmodi poténtiam requíris? Q. Ut liceát mihi
Spoliáre non debéntem, alienum caédere:
Vicínos autem ét spoliare et caédere.
L. Ha, ha, hé, latrociniúm requiris, nón potentiam hóc (modo:
Néscio, praestari quemádmodum hoc possít tibi.
Támen inveni: habés, quod optas. Váde, ad Ligerim vívito.
Q. Quid tum? L. Illic vivunt iúre gentium: ibí nullum est (praestígium.
Ibi de robore próferuntur cápitales senténtiae,
Et scribuntur in óssibus. Etiam illíc perorant rústici
Et iúdicant priváti: ibi totúm licet.
Si dives eris, patus áppellabere, nóstra ut loquitur Graé- (cia.

IV. 1. 13. *pellibus ossibusque eveniat*) » impinguntur; hoc penes istos pro » iure valet." Deinde auctor imaginem, qua supra *ius gentium* nuncupavit, ubi nullum ius adesset, ulterius prosecutus, verba *proferuntur* et *scribuntur* ita usurpavit, quasi de veris legibus, verisque iudicum sententiis sermo esset: fortasse etiam de industria vocabulo *de robore* usus est, ut incurreret cogitatio de legibus *robori*, ligno duriori, inscriptis et publice expositis, uti Romae fuere duodecim Tabulae. — *vs.* 202. *rustici*] cf. supra ad vs. 199 et proleg. — *vs.* 203. *privati iudicant*] quisque in sua causa nempe: neque cogitandum videtur de privatis illis Gallorum Germanorumque iudicibus, (Arimanis, Rachinburgis, Frilingis seu Friburgis, i. e. viris liberis), qui quales fuerint, illustrat von Savigny, V. Cel. *Gesch. des Röm. Rechts im Mittelalt.* I. 4. p. 155 mult. sqq. — *totum licet*] quodcunque libet, ibi licet. *Totus* pro *omnis* exstat etiam Appul. *Metam.* X. (ed. Oud.) 746, Spartian. in Sever. (*Hist. Aug.* I. 638), supra vs. 31. 91, 123. Cf. praesertim Salmas. ad *Hist. Aug.* l. l. et *Plinian. exerc.* in Solin. II. 788, qui haec Queroli loca laudavit. Add. infra V. 1. 10. — *vs.* 204. *patus*] thesaurus, divitiae.

to, fumus ut lautum parce. Heroes autem Deus ordinabit: istis nolo invideas, Querole. SAEPE CONDITA LUPORUM, FIUNT RAPINAE VULPIUM. Q. Heia, nec chartas velo. Tribue saltem nunc mihi peregrini illius et transmarini mercatoris saeculum. L. Age igitur, conscende maria, te tuosque pariter undis et ventis credito. Q. Istud egomet nunquam volui. Da mihi saltem vel capsas Titi. L. Sume igitur et podagram Titi. Q. Minime. L. Neque tu capsas continges Titi. Q. Neque istud volo. Da mihi psaltrias et concubinulas, quales habet avarus ille fenerator advena. L. Habes nunc plane tota mente quod rogas. Suscipe quod exoptas toto cum choro, suscipe Paphien, Cytheren, Briseidem, sed cum pondere Nestoris. Q. Ha, ha, he, quamobrem? L. Habet hoc ille, cuius tu sortem petisti. Heo,

---

quod exhibent Par. et Canneg. *fumus*] C. Voss. Pith. et Ms. Grut. *funus*, quod recipiunt Grut. Pan. et Koen. sed Canneg. *fumum* vel *fungus*. *heroes*] Q. Vet. Pith. et Paris. et Ms. Grut. *heredes*, quod probant Grut. Par. Koen. et Canneg. *nec chartas*] C. Paris. *ne cartas*. *saltem nunc*] C. Paris. *nunc saltem*. *suscipe P.*] C. Voss. Pith. et Paris. *sume P.* *ille*] C. Paris. suprascr. *Nestor*. *heo*] C. Pith. et Paris. *hae o*.

---

dis versetur, inscius, qua ratione suum ipsi patrimonium administrandum, agrique colendi sint. — *vs.* 235. *exosus*] passiva vocabuli significatio propria est labenti Latinitati. Cf. Canneg. ad Avian. *Fab.* II. 13. et Tzschucke ad Eutrop. VII. 23. p. 528. *funus ut lautum*] cf. Sen. *de Brev. Vit.* c. 19. — *vs.* 237. *condita luporum*] cibus, quem lupi in suos usus seposuerant (*proviandi*): nam *condita* a scriptoribus aevi quarti praesertim de horreis annonae usurpari, docet Iuret. ad Symm. *Epist.* IX. 14. p. 230; Add. Facciol. et Du Cange, in voce. Caeterum in hoc adagio non peculiariter de vulpium calli-

Omnem aetatem exósus agito; fánus ut lautám pares.
Herédibus autem nólo invideas: órdinabit hós Deus.
Saépe conditá luporum fiúnt rapinae vúlpium.
Q. Hei! néc chartas volo. Tríbue saltem núnc mihi
Péregrini illiu' tránsmarini mércatoris sácculum.
L. 'Age, conscende mária, teque undís et ventis crédito.
Q. 'Istud nunquam vólui. Da, mihi sáltem vel capsás Titi.
L. Súme et podagram. Q. Mínime. L. Neque tu cápsas con-
(tingés Titi.
Q. Néque volo istud. Dá mihi psaltriás et concubínulas,
Quáles habet avárus ille foénerator ádvena.
L. Habés nunc plane, tóta mente quód rogas.
Súscipe, quod exoptas, toto cúm choro: Cythérida
Súscipe, Paphién, Briseida, séd cum pondere Néstoris.
Q. Há, ha, he! quamobrem? L. Hábet hoc ille, cúius tu
(sortém petis.

An *vs.* 245. *Habés, quod optas, súscipe toto cúm choro*
Súscipe Paphién, Briseida ... ut sint reliqua e glossa. Cf. supra vs. 199.

---

ditate cogitandum videtur. — 239. *saeculum*] divitias. — *vs.* 240, *conscende maria*] ita Virg. *Aen.* I. 381. Etenim, qui navigant, in *altum* evehuntur. — *undis et ventis credito*] dictionem exemplis illustrat Barth, *Adv.* 870 sqq. et ad Claudian. *praef. ad rapt. Proserp.* p. 852; ad sensum apposite Menand. p. 226. — *vs.* 241. *capsas*] quibus inclusae opes. — 242. *podagram*] qua inprimis divites ac luxuriosi laborant. Cf. Aristoph. *Plut.* vs. 559. (ed. Hemst. p. 170.) ad quem loc. vid. Scholia. Add. Iuven. XIII. 96. — *vs.* 245. Cf. supra vs. 199. — *vs.* 247. *cum pondere*]

Querole, numquam audisti: Nemo gratis bellus est. Aut haec cum illis habenda sunt, aut haec cum his amittenda sunt. Q. Adhuc invenio quod requiram: Da mihi saltem impudentiam. L. Urbane edepol, tu nunc omnia quae negaverim concupiscis: si toto vis uti foro, esto impudens: sed sapientiae iactura facienda est nunc tibi. Q. Quamobrem? L. Quia sapiens nemo est impudens. Q. At abi, Lar familiaris, cum tua disputatione. L. At abi, Querole, cum tua querimonia. Q. Nunquamne mutabis, calamitas? L. Quamdiu tu vixeris. Q. Felices ergo non sunt? L. Sunt aliqui, sed non illi quos tu putas. Q. Quomodo? Si ostendero iam nunc tibi aliquem et sanum et divitem, felicem hunc negabis? L. Divitem potes nosse; sanum esse quid putas? Q. Corpore bene valere. L. Quid si aegrotat animo? Q. Istud egomet nescio. L. O Querole, imbecilla tantum vobis

---

cum illis] C. Vet. et Pith. *cum his.* *adhuc*] Canneg. f. *atat.* *si toto*] C. Vet. *scite tu.* *disputatione*] C. Vet. et Voss. *disputione.* Par. autem mendosissime exhibet: *impudens.* Qua. *At abi, Querole, cum tua quer.* omissis mediis. *mutabis*] C. Vet. *mutabitur.* *calamitas*] C. Pith. et Paris. *O Calamitas.*

---

ita Mart. VII. 34. 4. *Iudaeum pondus:* add. Catull. 62. 5. Stat. *Sylv.* III. 4. 77. De Nestoris hernia Iuven. VI. 326. Canneg. laudat Erhard. ad Petron. c. 92. Caeterum divitem, qui opibus frui nequeat, miserrimum dicit Menand. p. 210. — *vs.* 249. *nemo gratis bellus est*] adagium, cuius sensus est: nemo elegantiorem vitam degit sine damnis. *Bellus homo* hoc sensu dicitur a Cic. *Fin.* II. 31. *Epist. ad Att.* I. 16 Add. Plaut. *Men.* IV. 2. 62. ibique adnot. in edit. Taubm. Lepidissime veram vocabuli notionem explicat Martial. I. 10. et III. 63. Aliud sibi vult Plautinum illud *Mil.* I. 1. 68. »nimia est »miseria pulcrum esse hominem nimis." — *vs.* 250. versus prorsus mutuatus ex Ter. *Heaut.* II. 2. 84. — 252. *urbane-cupis*] i. e. *callide*

Héia, Quérole! Núnquam audisti: Némo gratis héllus est?
Aút haec cum illis sunt habenda, aut illa cum his mittén-
(da sunt.
Q. Adhúc invenio, quód requiram. Dá saltem inpudéntiam.
L. 'Edepol urbané nunc omnia, quaé negaverám, cupis.
Esto ínpudens, si tóto vis utí foro:
Faciénda tibi iactúra sed sapiéntiae.
Q. Quamobrém? L. Quia sapiéns nemo inpudéns. Q.
(Abi,
Lar, túa cum disputátione. L. Abi, Quérole, cum queri-
(ménia.
Nunquámne, calamitás, mutabis? L. Quámdiu tu víxeris.
Q. Felíces ergo nón sunt? L. Sunt aliquí, sed non, quos
(tú putas.
Q. Quómodo, si iam núnc ostendero áliquem et sanum et
(dívitem,
Félicem hunc negés? L. Pote' divitem nósse. Sanum esse
(quíd putas?
Q. Córpore bene valére. L. Aegrotat quíd si animo? Q. Il-
(lud néscio.
L. O Quérole! vobis ínbecilla vidéntur tantum córpora:

(*schalks*). Cf. supra vs. 87, et mox Sc. 3. 15, ubi quoque vs. 21. *urbanus homo* pro fraudatore. Vide et Plaut. *Trin.* I. 2. 160 sqq. *Epid.* I. 1. 13. ibique Gronov. in adnot., *Truc.* II. 6. 10. ubi homines urbani *scurrae* dicuntur; *Poen.* III. 2. 35. et V. 5. 2. — *omnia, quae negaverám*] ad rem facit illud Menandri μεγίστη τῶν θεῶν νῦν οὖσ' Ἀναίδει'. (p. 96.), add. p. 62. coll. 60: maxime 222. Athenienses Impudentiam pro Dea coluisse, testis est Suidas in Θεός. — *vs.* 253. *toto uti foro*] uti cum fructu, forum tenere, principatum in eo exercere. — *vs.* 257. *calamitas*] qui mihi calamitatem affers, me reddis miserum. Ita saepe *scelus* pro *scelesto*, Terentio autem *Ad.* III. 4. 31. IV. 9. 7. *sapientia* pro

corpora videntur: quantum animus est infirmior? spes, timor, cupiditas, avaritia, desperatio inesse felicem sinunt. Quid si nescio quis ille, alius in corde, alius est in vultu? quid si laetus publice moeret domi? ut maiora reticeam, quid si uxorem non amat? quid si uxorem nimis amat? Q. Si nemo felix, nemo igitur iustus? L. Etiam hinc respondeo. Sunt aliqui, fateor, iusti prope, sed prima horum est calamitas. Estne aliquid quod requiras? Q. Immo edepol nihil. Meam mihi concede sortem, quando nihil melius repperi. L. Igitur quamquam felicem esse te constiterit, tamen etiamnunc beatiorem te futurum ut agnoscas volo. Aurum hodie multum consequere. Q. Ludis nos: fieri hoc non potest. L. Quam ob causam?

---

quantum] C. Vet. *at quanto*, quod recepit Par. *inesse fel. sin.*] C. Pith. et Paris. adscr. *i. non esse.* Ritt. *non esse f.*, aut: *esse f. non* aut *an esse: f. sinunt?* Posterius praefert Canneg. Sed Grut. et Par. sic: *neminem f. sinunt.* Denique Barth. *Advers.* 1406. *inesse* tuetur, tanquam *non esse*, auctore Diomede Gramm. l. I.; idem tamen p. 14 laudat *desperata esse infelicem sinunt*, ubi addit: hoc est, ducunt ad infelicitatem. *quid si*] C. Paris. *quis, si. ille*] C. Pith. et Paris. in glossa adscr. *totum est hoc infelicitas. hinc resp.*] C. Vet. et Ms. Grut. *huic*, quod recipiunt Grut. et Par. *meam mihi*] C. Vet. *mihi meam. sortem*] C. Paris. adscr. *paupertatem. esse te*] C. Vet. om. *te. multum*] Par. *nullum* (sic) *fieri hoc*]

---

sapiente, *Phorm.* IV. 3. 24. *eloquentia* pro eloquente dicitur. — *quamdiu tu vixeris*] nempe postea Genio nova ministeria obeunda, novaque fata regenda instabant. — 264. *inesse*] nempe in genere humano. — 266. *publice*] in publico gaudium simulat. De hoc hominum genere Seneca, *Epist.* 80. — *vs.* 267. *uxorem non amat*] molestae uxores passim a Comicis exagitantur. — *nimis*] scil. amat uxorem. Qui nimis amant, a nullo non poëta *miserrimi* audiunt, et *periisse* dicuntur. Modo non insanientem prae

At quanto animus est infirmior! cupiditas, spes, timor,
Et desperatio et avaritia inesse felicem haud sinunt.
Quid, si ille nescio quis in corde alius est,
In vultu alius? Quid si, laetus publice, moerét domi?
Quid si, ut maiora táceam, uxorem non amat? Quid, si (nimis?
Q. Si nemo felix, iustus igitur nemo? L. Etiam hinc re- (spondeo.
Sunt iusti prope aliqui, fateor; sed prima horum est cála- (mitas.
Estne aliquid, quod requiras? Q. Immo edepol nihil.
Meam mihi concede sortem, quia nil melius repperi.
L. Quanquam felicem igitur constiterit esse te,
Tamen beatiorem etiam futurum ut agnoscas, volo.
Aurum hodie consequere multum. Q. Ludis: fieri hoc non (potest.

An *vs.* 265. *Quanto animus est infirmior! Avaritia, cupiditas, timor, Spes, desperatio, an esse felicem sinunt?*

---

amore sensibusque exturbatum senem inducit Plaut. *Merc.* II. 2. vid. inprimis vs. 38 sqq. — *vs.* 268. *iustus igitur nemo*] an ex philosophia: iustus qui sit, felicem esse, qui iniustus, infelicem, quanquam in maximis opibus positus fuerit? Potius censeam hoc tantum sibi voluisse auctorem, neminem a Diis felicem reddi, quia nemo felicitate dignus reperiatur. — *vs.* 269. *prima horum est calamitas*] solent illi fere miseriores esse, quam reliqui. Etenim vi et fraude petuntur ab aliis, ipsi vero vicem non referunt. — *prope*] more Stoicorum dicit, quibus iudicibus perfecte iustus ac sapiens in rebus humanis erat nemo. — 272. *felicem*] quippe qui iam tuam sortem om-

Q. Quia non est via. L. Sane difficile est nobis facere atque invenire, quod tu non intellegis. Q. Dic quaeso, numquid rex aliquid largietur? L. Nihil. Q. Numquid amicus donabit aliquid? L. Nihil. Q. Numquid ex transverso quispiam me heredem instituet? L. Nihil minus. Q. Numquid thesaurus alicubi defossus apparebit ante oculos meos? L. Atqui si thesaurus domi tuae lateret, prius alteri esset ostendendus, quam tibi. Q. Et quidem sum habiturus egomet, quod mihi nullus dabit? L. Vade iam nunc, et quicquid contra te est, facito. Q. Cur ita? L. Sic expedit. Fallenti credito: circumvenienti

---

Par. om. *hoc. sane difficile est*] Barth. *Adv.* 1337. *sane si difficile est. numquid rex*] Grut. et Par. *numquis rex. largietur* caet.] Par. *largietur L. Nihil. Q. Numquid ex transverso*, omissis caeteris. *quidem*] C. Voss. Pith. et Par. Grut. et Par. *quemadmodum. circumvenienti*] in C. Voss. et Pith.

---

nibus iis praeferas. — *vs.* 275. *Difficile*] ironice dictum: nam *ῥᾴδια πάντα θεῷ πέλεται καὶ ἀνήνυτον οὐδέν.* et quae plura Barth. *Adv.* p. 1337. Add. Soph. *Aiac.* 86. — *vs.* 277. *Rex*] nescio an intelligat Imperatorem, in quem hac aetate Romae regium nomen, quod antea Romani tantopere abominabantur, impune conferri potuit. Cf. inprimis Casaub. ad *Hist. Aug. Scr.* I. 100. add. I. 955. Similiter Imperatoris uxor Ammiano passim *Regina* dicitur. Deinde sic *Lex Regia* (de qua vid. Gronovius, *de Lege Regia*; Noodt, *de iure summi imperii* med.; Sexius *Adv. Leg. Reg. patronos* 1798.) et Constitutiones *βασιλικαί*. Quae si vera est nominis vis, cogitandae erunt *sportulae* istae et *tesserae* frumentariae et nummariae, quas Imperatores civibus distribuere solebant. Sane hac in re proprium est *largiri* et *largitio*: unde ipse fiscus adeo nomen *sacrarum largitionum* traxit, et qui curabant illum, *officiales largitionales* nuncupati sunt. Rex quidem etiam de patrono vel potenti quodam amico recte dici potuit: namque hos a

L. Quamobrém? Q. Quia non est via. L. Difficile sáne
Nóbis, facere atque invenire, quód tu non intéllegis. (erit
Q. Dic, quáeso, numquid lárgietur Rex? L. Nihil.
Q. Amícus aliquis númquid donabít? L. Nihil.
Q. Númquid me ex transvérso heredem instítuet quis? L.
(Nihíl minus.
Q. Thesaúrus num defóssus apparébit ante oculós meos?
L. Atquí thesaurus tuáe lateret sí domi,
Prius álteri esset óstendendus, quám tibi.
Q. Et quidem sum habitúrus egomet, quód mihi nullús
(dabit?
L. Iam váde nunc, te cóntra et facito quídquid est.
Q. Cur íta? L. Sic expedít: fallenti crédito,
Circúmvenienti operam átque adsensum accómmoda;

An *vs.* 275. *L. Quam ób causam. Q. Quia nón est via. L. Sane ést mihi Difficile* — — — — — — — —

---

clientibus, parasitis et quibuscunque humilioris sortis hominibus reges audire, publicae notitiae est: (Vid. Plaut. *Asin.* V. 2. 69, *Capt.* IV. 2. 45, *Stich.* III. 2. 2: Ter. *Phorm.* III. 1. 24. Add. Horat. *Epist.* I. 17. 13, 14, 20, 43. Iuven. I. 136. V. 15 et 130. Opulenti universe sic dicuntur Ter. *Eun.* I. 2. 87, *Phorm.* I. 2. 20) sed apud nostrum sequitur mox *amici* mentio. — *vs.* 279. *ex transverso*] fortasse intelligitur transversa cognationis linea, Theophilo, I. 10 et 15, III. 2. init. dicta cognatio ἐκ πλαγίου, vulgo linea *collateralis*. At nescio tamen, an magis placeat significatio *ex inopinato, subito, praeter spem:* quo sensu dictionem usurpatam vide s. Petron. c. 55, ubi Burman. Ita *de transverso* Cic. *ad Att.* XV. 4. extr. et Auct. ad Herenn. IV. 10. *ante oculos*] Classicis dictum esset: *oculis*. — *vs.* 282. *alteri*] Cf. infra II. 1. 30. Saepe sic *alter* usur-

operam atque adsensum accommoda: fures si ad te venerint, excipe libenter. Q. Tum si aliquis meis aedibus facem subiciet, iuberesne me oleum infundere? L. Noveram te crediturum non esse. Q. Fures mihi ac praedones CUI BONO? L. Ut si quid tibi spei aut praesidii est, totum auferant. Q. Cur ita? L. Ut sis dives. Q. Quomodo? L. Bona si perdideris tua. Q. Quamobrem? L. Ut sis felix. Q. Quomodo? L. Si fueris miser. Q. Istud plane est, quod saepe audivi, obscuris vera involvere. Sed quid facere me iubes? L. Quod contra te putas. Q. Dic ergo quid sit, ne fortasse aliquid pro me faciam nesciens. L. Quicquid egeris, gesserisve hodie, pro te fiet. Q. Quid si egomet nolo? L. Velis nolis, hodie bona fortuna aedes intrabit tuas. Q. Quid si aedes obsero? L. Per fenestram defluet. Q. Quid si et fenestras clausero? L. O stulte homo! prius est ut hae pateant, ipsaque sese tellus aperiat, quam ut tu excludas vel submoveas, quod mutari non

---

praefixum est *et. facem*] C. Paris. adscript. *i. ignem. iuberesne*] C. Vet. *iubesne. quod contra te*] C. Paris. adscr. *i. contrarium tibi. quamobrem ... miser*] haec glossam superioris versus continere putavi. *nesciens*] Ms. Grut. Voss. Pith. et Par. *nescius. hae*]

---

patur, ubi requiri videatur *alius*. Contulit exempla Forcellinus e melioris aevi scriptoribus, ipso adeo Cicerone. Contra etiam *aliud* est, ubi exspectes *alterum*. Sic infra III. 3. 12. Eutrop. II. 26, ubi cf. Tzschucke. — *vs.* 290. *cui-bono*] cf. supra vs. 5. — *vs.* 291. *spe'st*] si quid tibi est, unde felicitatem speres. *aut praesidii*] aut si quid in condito habes, quo te, ingruente calamitate, ab inopia tueare. Infra A. V. bis hoc eo sensu dicitur. Tum vero Du Cange *praesidium* ita explicat: *pecunia, peculium,*

Libénter excipe, fúres si ad te vénerint.

Q. Tum, sí meis aliquis aédibu' subiiciét fácem,
Iubésne me oleum infúndere? L. Te non créditurum nóve-
290. Q. Furés mihi ac praedónes cui bonó? L. Tibi (ram.
Si quíd spei'st aut praesídii, totum ut aúferant.
Q. Cúr ita? L. Ut sis díves. Q. Quomodo? L. Bóna si per-
(diderís tua.
[Q. Quámobrem (perdiderim)? L. Ut sis felix. Q. Quómo-
(do? L. Si fuerís miser.]
Q. Plane ístud est quod saépe audivi, obscúris vera invól-
295. Sed mé quid facere vís? L. Quod contra té putas. (vere.
Q. Díc, quid sit, ne fórtasse aliquid pró me faciam nésciens.
L. Qúidquid gesseris hódie, pro te fíet. Q. Quid, si nólo ego?
L. Intrábit hodie bóna fortuna, velís, nolis, aedés tuas.
Q. Quid si áedes obsero? L. Pér fenestram défluet.
300. Q. Quid si ét fenestras claúsero? L. O tu stúlte homo,
Príus est, istae ut páteant, ipsaque sése tellus áperiat,
Quam út tu excludas, vél submoveas, quód mutari nón potest.

» *bona*, *facultates*" Laudatur ibi noster. — *vs.* 294. *obscuris vera involvere*] ex Virgil. *Aen.* VI. 100. Propter istud *saepe audivi* dixeris fere haec summi poëtae verba frequenti Romanorum usu in proverbium abiisse. Sane Virgilii libros iam ab eius aequali Q. Caecilio Grammatico in scholis praelegi coepisse, auctor est Sueton. *de Ill. Gramm.* c. 16. Potest tamen et sic intelligi, Querolum saepe ab amicis esse monitum, oracula obscuris verbis involvi solere. — *vs.* 295. nescio, an haec sit odiosa iteratio eorum, quae exstant vs. 284. Quodsi versus eliminetur, apte iunguntur caetera, ut petat Querolus obscuri moniti explanationem. — *vs.* 302. Fatum nulla

potest. Q. Igitur quantum intellego, non mihi praestatur, quod velim nolim faciundum est. L. Neque ego id expectabam, ut gratias ageres, sed ut Querolum te constaret in omnibus. Q. Tu nunc quo tendis? L. In aedes tuas, immo nostras me recipio: inde ibo quo libet. Ita tamen usque quaque pervagabor, ut te nunquam deseram. Q. Incertus ego sum factus magis hodie quam semper fui: quid ergo nunc faciam cum responso huiusmodi? Cuiusquamne oraculum tale unquam datum est, ut ipse sibimet mala quaereret, aut non excluderet, si fieri posset, ingruentem miseriam? Perde, inquit, si quid est tibi domi, ut adquiras plurima. Mea si mihi auferantur, aliena quando aut quis dabit? Vade, inquit, fures require, praedones recipe in domum. Primum hoc si cognosci atque etiamsi probari potuerit, nonne iudex iure optimo pessumdabit, tamquam latronum conscium? Sed ubinam fures ip-

---

Koen. *tecta.* *faciundum est*] C. Paris. *faciendum*. Grut. *patiundum*. Par. *mihi fac.* (Sc. 3.) *ergo*] Ms. Grut. *ego*. *cuiusquamne*] Grut. *cuiquamne* aut *cui usquam*; illud Koen. et Canneg., hoc Par. praetulit. *aliena*] C. Voss. suprascr. *alia*. *etiamsi*]

---

hominum providentia mutari, docet insigni loco Menander in Comoedia ὑποβολιμαίῳ (*Reliq.* 180 sqq.) Add. idem p. 200. Philem. ibid. 368 et Ammian. Marc. XXIII. 5. ibique Lindenbr. — *vs.* 304. *faciundum est*] non est donum, quod in me volentem confers, sed invito illud obtruditur; accipere cogor. — *vs.* 305. *ut Querolum constaret in omnibus*] Sane h. l. ingrata ista querulorum indoles, qui dum ipsam felicitatem nanciscuntur, circumspiciunt aliquid, de quo querantur, manifestissime in os incurrit. Proinde hic etiam locus ingrimis cadit in perelegantem illam descriptionem μεμψιμοιρίας, quam proposuit Theophr. *Charact.* (ed.

Q. Igitur, quantum intéllego, non mihi praestatur, quód (velim:
Faciúndum est. L. Neque ego id éxspectabam, ut grá-
Agerés, sed te ut Querolúm constaret in ómnibus. (tias
Q. Tu núnc quo tendis? L. Récipio in aedes mé tuas,
Ímo nóstras: ibo, quó libet, inde; síc tamen
Usque quaque pérvagabor, út te nunquam déseram.

SCENA III.

QUEROLUS.

Incértus ego magís sum factus hódie, quam sempér fui.
Quid égo nunc faciam cúm responso huiúsmodi?
Cuiúsquamne unquam tále datum est oráculum,
Ut ípse sibi mala quaéreret, haud exclúderet,
Si fieri posset, íngruentem míseriam?
Perde, ínquit, si domí quid est, adquíras ut tibi plúrima.
Mea aúferantur si mihi, aliéna quando aut quís dabit?
Váde, inquit, requíre fures, praédones recipe ín domum.
Primum hóc si cognosci, átque etiam si pótuerit
Probári, nonne iúre iudex óptimo
Pessúmdabit tanquám latronum cónscium?

Schneid.) c. XIX. Quam infelices isti μεμψίμοιροι sint habendi, multis docent Menander p. 246 et 248. coll. 218, Philemon. ibid. 354 et 356.

Scena III. vs. 1. ex Ter. *Phorm.* III. 3. 19. — *vs.* 3. *cuiusquamne*] *a quonam Deo*, nisi propter sequens *ipse* potius legas: *cuiquamne tale unquam.* — *vs.* 9. *etiam si*] si notitia quaedam hac de re in publicum perveniret, et res

sos modo requiram, ubi investigem, nescio. Ubinam ille est cohors fuliginosa, vulcanosa, atra, quae de die sub terras habitant, nocte in tectis ambulant? Ubi illi sunt, qui urbane fibulas subducunt, quique curtant balteos? Nisi fallor, unum ex ipsis video: atque ecce rem gerit. Hem, tibi clamo, impostor. Oe, cessa: euge, servata est fibula. Attat, spes mihi nulla est; mandato excidi. Interdictum fuerat. ne obviarem foribus, verumne excluderem. Hercle hoc stultum est: nihil

---

C. Voss. et Pith. *etiam si.* *investigem*] C. Vet. *vestigem.* *de die*] C. Pith. *die.* *verumne*] Grut. et Par. ita. *Verum ne excluderem, hercle hoc stultum est.*

---

etiam ab accusatore probaretur. — *vs.* 12 sqq. Hunc locum laudant Barth. *Adv.* 1215. et Taubm. ad Plaut. *Trin.* IV. 3. 17. — *vs.* 13. *fuliginosa*] Ritt. autumat auctorem hoc vocabulo usum esse, ut ostenderet, nomen *fur* a *furvo* ducendum esse: quod placet quibusdam Ictis. (vid. e. g. Gell. *N. A.* I. 18. et § 2. *Inst. de obl. quae ex del.* IV. 1.) Concedit in eius sententiam Pareus. Ast non puto, poëtam miras istas Ictorum etymologias (de quibus vid. Cuiac. *Observ.* XI. 37. Menag. *Amoen. Iur. Civ.* c. 39.) magnopere curasse: sed furum cohortem fuliginosam, vulcanosam, atram ideo dixisse, quod illi tenebras et incendia ament. Quod utrumque vocabulum in *osa* desinit, redolet sequiorem aetatem. Lexica *fuligineus* et *vulcanius* seu *vulcaneus* exhibent. — *vs.* 14. Ita fur Hesiodo dicitur *O. et D.* 605. ἡμερόκοιτος, quod vertit Plaut. *Trin.* IV. 2. 20 et 42, *dormitator.* Apud eundem elegantissime *Mil.* IV. 2. 5. aliquis incusatur, *qui de vesperi vivat suo.* Quem locum de fure nocturno accipiendum esse, tum suadent reliqua, quae ibi leguntur, tum patet, opinor, ex coll. *Trin.* IV. 2. 20. Vide tamen, quae Gronov. scripsit in adnot. — *ambulat*] eleganter. Solent ita hodieque fures. Caeterum *ambulo* pro *sum* frequens est labenti Latinitati:

Sed úbinam fures módo requiram, ubi ínvestigem, néscio.
Illa ubinam fulíginosa, vúlcanosa, atra ést cohors,
Quaé de die sub térris habitat, nócte in tectis ámbulat:
Qui urbáne fibulás subducunt, quíque curtant bálteos?
Nisi fállor, unum vídeo, atque, ecce, rém gerit.
Hém, tibi clamo, inpóstor! Cessa. Eugé! servata est fibula.
Atát, mihi nulla spés est: mandato éxcidi.
Erat ínterdictum, ne óbviarem fúribu', neve exclúderem.
Hoc stúltum est hercle: prórsus hinc nihíl placet.

---

vid. Cato, *Monost.* p. 16. *cum bonis ambula.* At Plaut. tamen *Rud.* prol. 7. *inter mortales ambulo.* — *vs.* 15. Exstant apud Tac. *Hist.* III. 88. haec: »Incuriosos milites vernacula urbanitate quidam spoliavere, abscissis furtim »balteis, an accincti forent, rogitantes. Quae auctorem Queroli h. l. in mente habuisse, affirmat I. F. Gronov. *de Pecun. Vet.* IV. 10. p. 323: neque repugno. — *fibulas*] quae fere aureae gemmisve ornatae. Cf. Intt. ad Spartian. in Hadr. (*Hist. Aug.* I. 89.) — *balteos*] Canneg. cogitat de balteis, qui bullas et alia ornamenta habuerint. Equidem puto peculiariter eos fures intelligi, qui Graecis βαλαντιοτόμοι, Plauto *Trin.* IV. 2. 20. *sectores zonarii* dicuntur (*beurzensnijders*). Etenim antiquos saepenumero in zona pecuniam gestasse, nota res est. Vide sis Iuven. XIV. 296. Appul. *Metam.* VII. (ed. Oud.) p. 457. et doctam Salmasii adnot. ad *Hist. Aug.* I. 669. — *vs.* 16. *unum video*] vel prospicit iam Querolus de scena in spectatores, vel respicit in posteriorem scenae partem, quasi videat aliquem alteri fibulam subducentem. Hinc ut ad eum, qui eminus est, mox: *Hem! tibi clamo.* Similia adsunt in Plaut. *Aul.* IV. 9. — *vs.* 17. *inpostor*] vocabulum, rarius aliis usurpatum, exstat apud Ulpian. l. 4. 2. D. *de aed. ed.* (21. 1.). Vide Du Cange voce *imposturare*, ubi et *impostor* et *impostrix* commemorantur. — *vs.* 19. *obviarem*] Vox est inferioris Latinitatis: usi quoque ea Pallad. *de R. R.* I. 35. et

prorsus hinc placet. Atque edepol, nisi fallor, iste qui apud me est locutus, urbanus est homo. Num quodnam meritum nunc meum, ut mihi potissimum res divina ostenderetur? Hic nescio quid est praestigii. Vereor hercle, ne furtum, quod denunciabat, iam perfecerit. Ego me hac intus refero, atque hominem, si repperero, continuo producam foras.

MANDROGERUS, SYCOFANTA, SARDANAPALLUS.

M. Multum sese aliqui laudant qui vel pugnaces feras vel fugaces bestias, aut vestigiis insequuntur, aut cubilibus deprehendunt, aut casu opprimunt. Quanto mihi maius est ingenium et lucrum, qui homines venor publice? Sed quos homines? Divites et potentes et litteratos maxime. Mandrogerus ego sum, parasitorum omnium longe praestantissimus. Aula quaedam hic iacet, cuius odorem mihi trans maria ventus detulit. Cedant iuris conditores: cedant omnia coquorum inge-

---

quodnam] C. Pith. et Paris. *quidnam*. *aliqui*] C. Paris. *aliquid*. *et lucrum*] Canneg. *ad lucrum*. *venor*] C. Pith. in gl. *i. deludo vel decipio*. *litteratos*] C. Vet. *ditteranos*, in marg. *veteranos*. Canneg. *liberales*. *cedant*] C. Voss. *et*

IV. 10.; Auctor *Declam.*, quae Quintiliani nomen prae se ferunt, D. 307. Marcellus in l. 20. 1. D. *de Donat.* 39. 5. Verum quod in Sall. *Iug.* 9. 5. princ. legebatur *obviatum est*, recte, opinor, Cortius, quantumvis refragantibus Codd., in *obviam itum est* mutavit. Ammian. Marc. *Hist.* 18. 1. usurpat sic *deviare* et saepe *viare* pro *ire* (vid. Vales. ad 24. 8. extr.) quod etiam apud Appuleium exstat. Caeterum cf. Iuret. ad Symmach. *Epist.* VI. 47. — *vs.* 21. *urbanus*] qui me callide circumvenire conatur. Vide supra ad vs. 15 et ad Sc. 2. 252. — *vs.* 23. *res divina ostenderetur*] Deus se mihi conspicuum redderet. — *vs.* 25. *intus*] pro *intro*: dictio nostro frequens.

Atque ís, ni fallar, quí locutus apúd me, urbanus est homo.
Nam quódnam meritum nánc meum, ut mihi potíssimum
Rés divína osténderetur? Néscio quid 'st praestígii.
Quód denunciábat furtum, véreor ne perfécerit.
Réfero me intus, átque hominem, si répperero, ducám foras.

ACTUS II. SCENA I.

MANDROGERUS, SYCOPHANTA, SARDANAPALUS.

M. 'Aliqui multum sése laudant, quí vel pugnacés feras,
Vel béstias fugáces aut vestígiis
'Insequuntur, aút cubilibu' prénduṇt, aut casu ópprimunt.
Mihi quánto ingenium ad lúcrum maius, qui hómines ve-
(nor públice!
Sed quós homines? Dités, potentes, lítteratos máxime.
Mandrógerus ego sum, párasitorum lónge praestantíssimus.
Iacet aúla hic quaedam, odórem cuius mihi tráns mare ventus détulit.
Cédant iuris cónditores, íngenia coquorum ómnia,

An *vs.* 1. *Multúm se laudant qui vel pugnaces feras,*
An *vs.* 8. *Cédant iuris cónditores ómnes, cedant ómnia*
Ingénia coquorum et Apici cedant fércula.
Huius cónditum ollae sólus scivit Eúclio.

Lucret. ita *de Rer. Nat.* IV. 1085, VI. 22. ad quae loca Gifanius in Indice Querolum laudat.

Act. II. Sc. I. vs. 1. Locus consimilis in Plaut. *Most.* III. 2. 88. Cf. etiam *Poen.* III. 3. 35 sqq. Adde locum Menandri p. 270. — *vs.* 7. *odorem*] sic aurum *olere* infra saepe dicitur, et iam Plaut. *Aul.* II. 2. 39. „aurum huic olet." — *vs.* 8. *conditores iuris*] idem lusus in Plaut. *Poen.*

nia: cedant Apici fercula. Huius ollae conditum solus scivit Euclio. Quid miramini? Aurum est, quod sequor: hoc est, quod ultra maria et terras olet. Quid ad haec vos dicitis, novelli atque incipientes nunc mei? Quando haec discere potestis? quando sic intellegetis? quando sic docebitis? Sy. Atqui si scias, Mandrogerus noster, quale egomet somnium hac nocte vidi. M. Dic obsecro, si quid est boni. Sy. Nocte hac videbam thesauram, quem sperabamus nobis venisse in manus. M. Quid tum? Sy. Videbam ex parte solidos. M. Ha, istud non placet. Sy. Erant praeterea uncinuli hamati, torques et catenulae M. Dic quaeso, aliqua insuper non somniasti vincula et verbera? Sa. Infaustum hercle hominem! solum hic non vidit carcerem. Oe homo pro-

---

Pith. ter: *caedant*. *Apici*] C. Voss. et Paris. haec in margine: „Apicius (C. Paris. „Apicus) proprium nomen gluttonis, qui primus coquinae usum invenit et de condituris „multa scripsit: consumptoque omni patrimonio pudore egestatis venenum hausit. Cuius „et Iuvenalis in primo libro meminit." *conditum*] C. Pith. adscr. *i. saporem*. *quando haec discere potestis*] expunximus pro glossa. *hac nocte*] C. Voss. Pith. et Paris. *nocte hac*. *hamati*] C. Pith. et Paris. adscr. *i. circulati*. *aliqua*] Grut.

III. 2. 9. add. *Epid.* III. 4. 86, ibique Douza. De *Apicio* nota omnia. — *vs.* 9. *huius conditum*] quidquid alii possint coqui, huius conditurae peritiam solus tenuit Euclio. — *vs.* 11. Uti h. l. parasiticae artis scientia superbit Mandr., ita se effert Gnatho Terentianus *Eun.* II. 2. 31 sqq. — *novelli*] tirones. Cf. de hoc loco Salmas. ad *Hist. Aug.* II. 372. Add. Ammian. 27. 6. — *vs.* 16. *solidos. M. Haud placet*] Grut. et Par. cogitant de forma et effigie nummis impressa, quae praesagire viderentur flagra et vincula. Simplicius censeatur huc pertinere illud Artemidori *Oneirocr.* II. 58.

Fércula Apici; huius cónditum ollae sólus scivit Eúclio.

Aúrum est, quod sequor: hóc 'st, quod ultra máriaque et (terrás olet.

Quíd ad haec dicitís, novelli atque íncipientes núnc mei?

Quándo haec sic intéllegetis? Quándo sic docébitis?

Sy. 'Atqui si sciás, Mandrogere nóster, quale sómnium

'Egomet vidi nócte hac. M. Obsecró, dic, si quid ést boni.

Sy. Nócte hac thesaurúm videbam, spérabamus quem ín (manus

Venísse nobis. M. Quíd tum? Sy. Solidos éx parte videbam. (M. Haúd placet.

Sy. Eránt praeterea uncínuli hamati, tórques et caténulae.

M. Dic, quaéso, vincula ínsuper non sómniasti et vérbera?

Sa. Hércle infaustum hóminem! solum híc non vidit cár- (cerem.

Oé homo prodigióse! nunc te explódo cum verbís tuis:

τὰ πολλὰ νομίσματα φροντίδας καὶ λύπας σημαίνει. Amplus thesaurus adeo saepe mortem praesagit. Cf. ibid. c. 59. Fortasse autem h. l. metus accedit de nomine *solidorum*, nempe ita solidum fore thesaurum, ut difficili negotio auferatur. Fortasse etiam illud Mandrogero displicuit, quod Syc. *ex parte* (partim) solidos viderit. Caeterum notum est in omni somniorum interpretatione contrarium respici. Vide infra vs. 26 sqq. — *vs.* 17. omnis mundus muliebris, (ὄρμοι, ἀλύσεις, caet.) in somno visus viris perniciosus; cf. Artemid. *Oneir.* II. 5. Quodsi *uncinulos* ad piscatoria referre malis, etiam haec δόλους καὶ ἐνέδρας σημαίνουσιν. *Ibid.* c. 14. Atqui deinde torques et catenae ad carcerem, uncus adeo ad poenam capitis, in qua cadavera uuco ad scalas Gemonias traherentur, mentem advertit. — *vs.* 20. *prodigiose*] male ominate, qui mala omina, prodigia, affers nuntiasque. Ita Ovid. *Amor.* III. 6. 17. et Stat. *Theb.* III. 523. Significatio

digiose, ego te iam nunc explodo cum verbis tuis. Nocte ista ego insomnis funus vidi. M. Di te servent hic bene. Sa. Et nos ipsi funus illud nescio quo ferebamus. M. Optime. Sa. Etiam insuper deflebamus defunctum illum, quasi alienum tamen. M. Audin' tu istaec, stulte homo? Talia egomet etiam manifesta malo, quam tua somnia. Funus ad laetitiam spectat: lacrimae ad risum pertinent. Et mortuum nos ferebamus, manifestum est gaudium. Ego autem meum vobis narrabo somnium prorsus manifestissimum. Dicebat nescio quis somnianti nocte hac mihi servari manifesta fide, nec cuiquam alteri concessum esse aurum illud invenire nisi mihi. Sed insuper adiecit ex istis opibus hoc tantummodo mihi profuturum, quod consumpsisset gula. Sy. Optime edepol somniasti. Quid autem aliud quaerimus, nisi tantum quod sufficiat ventri et gulae? Sa. Pulcre edepol somniasti. Felicem te, Mandrogerus, nosque qui tecum sumus. M. Sed heus tu Sycofanta noster, nisi me fallit traditio, iam pervenimus. Sa. Ipsa est platea, quam requiris.

---

ex antiqua Ms. lectione *alia*, quod recepit Par. *insomnis*] Par. *in somnis*. *vidi*] C. Voss. Pith. et Paris. *videbam*. *etiam insuper*] C. Voss. Pith. et Paris. *insuper etiam*. *illud*] C. Voss. Pith. et Paris. *illum*. *consumpsisset*] Cuneg. *consumeret*. *nosque*] C. Voss. Pith. et Paris. *nos*. *sumus*] C. Pith. et Par. adscr. *esse*.

---

in Lexicis non facile obvia. — *vs.* 21. *in somnis*] sic *in somnis* Plaut. *Most.* II. 2. 59, 60, 63. — *hic*] hac in re: quod ad pulcrum illud somnium eiusque exitum attinet. Fortasse malit quis *hinc*. — *vs.* 22. *nescio quo*] pro *quorsum*: nisi malis intelligere *quo modo*. Sane solent ita in somniis omnia obscura esse et confusa. — *vs.* 23. *ut alienum*] simulato dolore. Dicto auctoritatem addit elegans locus Petronii, c. 54, ubi vid. Heinsius in adnot. — *vs.* 25. *manifesta*] ut reapse vigilantibus illa

Nocte égo in somnis fúnus vidi. M. Dí te servent híc bene.
Sa. 'Et ferebamús nos ipsi fúnus nescio quo. M. 'Optime.
Sa. Etiám defunctum déflebamus íllum, ut alienúm tamen.
M. Audísne tu istaec, stúlte homo? Egomet tália
Etiám manifesta málo, quam tua sómnia.
Fúnus ad laetítiam spectat, lácrimae ad risum pértinent.
'Et ferebamús nos mortuúm: manifestum est gáudium.
'Ego item meum narrábo somnium prórsus manifestíssimum.
Nócte hac mihi nescío quis somniánti, manifestá fide
Servári aurum, dicébat, neque cuiquam álteri
Concéssum esse illud ínvenire nísi mihi.
Adiécit insuper, ópibus ex istís mihi
Hóc tantummodo prófuturum, quód consumsissét gula.
Sy. 'Optime edepol sómniasti. Nám quid aliud quáerimus,
Nisi tántum ventri quód sufficiat ét gulae?
Sa. Somniásti pulcre. Té felicem nósque, qui tecúm sumus.
M. Sed heús tu, noster, nísi me fallit tráditio, pervénimus.
Sa. Ipsa ést platea, quám requiri'. Sy. Recúrre ad aediculám (cito.

---

evenirent. — *vs.* 26. Somnia saepe contrarium prorsus exitum praenuntiare monet etiam Appul. *Metam.* IV. (ed. Oud.) p. 298, ubi Elmenh. hunc ex Querolo locum et alios scriptores laudat. Attamen, quae ad mortuos pertineant, mali ominis in somniis esse affirmat Artemid. IV. 82. extr. Sed cf. et II. 49. — *vs.* 27. *et ferebamus*] aliquem ferre universe potentiam indicat, ferri ab aliquo imbecillitatem. Cf. Artemid. II. 56. — *vs.* 30, seqq. Somnii, cuius exitus in ipsa fabula reperiatur, exempla sunt etiam apud Plaut. *Merc.* II. 1. *Rud.* III. 1. — *vs.* 37. *traditio*] scil. indicatio senis Euclionis. — *vs.* 38. *recurre ad aediculam cito*] id est, ni fallor, curre, ut inspicias

Sy. Recurre ad aediculam cito. M. Sacellum in parte argentaria ex diverso. Sy. Utrumque sic est. M. Veltum est. Sa. Quid praeterea? M. Domus excelsa. Sy. Apparet. M. Ilignis foribus. Sa. Ipsa est. M. Attat quam humiles hic fenestras video. Enge, hic frustra clauduntur fores: tum praeterea inermes quantum inter sese distant regulae. Secura hercle regio hic mihi, et fures nil nocent. Sed interius mihi aurum olet. Alia temptandum est via. Heia nunc, Sycofanta noster, tuque Sardanapalle, si quid vobis ingenii, comitatis et virtutis, nunc totum ostendite: ego tamquam Cynicus magister inventa et inclusa trado gaudia. Retia vosmet obsidete, dum percurro cubilia. Iam omnia tenetis animo, quae iam du-

---

locuti. aedioulam] C. Vet. Voss. et Pith. *edioulum. M. ilignis*] C. Voss. *iliginis*; C. Pith. *Apparet ilignis foribus*, omiss. pers. Mandr. *hic fenestras*] C. Pith. et Paris. *fenestras hic. fures*] Camerar. *furi* vel *furibus. alia - via*] Par. *aliam - viam. comitatis*] C. Pith. adscr. *hic prudentiae, alias pulchritud.*

---

aediculam, cellam (quales Romae in plateis complures adfuisse videntur), seu sacellum, quod Euclio tanquam signum indicavit, quo aedes agnoscerentur. Hinc Mandr. statim addit, *traditione* (nam ita intelligendum videtur) sibi indicatum, ab altera parte *sacellum* esse, e regione *argentariam*, scil. tabernam: cf. Plaut. *Truoul.* I. 1. 51. Respondent: *utrumque* (tum sacellum, tum argentaria) *sic est.* Quo facto rogantibus sociis pergit Mandr. enumerare signa, quae e testimonio Euclionis ad agnoscendas aedes valerent. Mox ipse ad aedes procedens: *quam humiles*, caet. — *vs.* 43. *inermes regulae*] non erant fenestrae *clatratae*, quales commemorat Plaut. *Mil.* II. 4. 26: sed aderant modo *regulae*, virgae, columellae, eaeque *inermes*, i. e.

M. Sacéllam in parte, ex diverso argentária.

Sr. Utrúmque sic est. M. Véntum est. Sa. Praeterea?
(M. (Est) domus
Excélsa. Sr. Apparet. M. Fóribus ilignis. Sa. Ea est.
M. Quam húmiles hic vidéo fenestras. Frústra hic claudun-
(tur fores:
Tum praeterea inérmes quantum intér se distant régulae.
Secúra regio hic hércle, et fures níl nocent.
Sed ínterius olét mihi aurum: ália tentandúm 'st via.
O Sycophanta, o Sárdanapale, si quid vobis ingeni,
Cómitatis ét virtutis, tótum nunc osténdite.
Ego magister tánquam Cynicus trádo inclusa gaúdia:
Rétia vosmet óbsidete, dúm percurro cúbilia.
Omnia iam tenétis animo, quaé iam dudum díximus,

---

unde nulli utrinque unci prodirent, qui nimiae virgarum *distantiae* mederentur. — *vs.* 44. *fures nil nocent*] ironice. Aedium dominus non videtur sibi in damno ponere, si fures aliquid auferant. Eodem sensu regionem non tutam, sed *securam*, dicit. — *vs.* 45. *alia tentandum 'st via*] redeunt haec infra Act. V. 3. sumta e Ter. *Andr.* IV. 1. 47. Quaerit autem tutiorem rationem auri auferendi, quam furtum manifestum. — *vs.* 47. *comitatis*] rectissime glossator Cod. Pith. h. l. *prudentiam* intelligit. Sane eadem ratione, qua noster, voce utitur Plaut. *Capt.* II. 3. 50. »tua »opera et comitate et virtute et sapientia." — *vs.* 48. *magister cynicus*] elegans in voce lusus. Nam intelligitur magister canum in venatione, qui, loco retibus obsepto, iam cubilia ferarum cum canibus percurrit, dum ad sident ad retia venationis socii. Caeterum, quum parasiti haud raro *canes* dicantur, magis etiam illud nomen risum moveat. Quod respicitur fortasse etiam in Plaut. *Pers.* I. 3. 43. Imagine venationis hoc sensu utitur Idem *Mil. glor.* II. 2. 113. *Poen.* III. 3. 35. et inprimis 63. Adde supra ad

dum diximus, quaeque exinde meditamur nocte ac die. Sy. De atrio porticus, in recte rationem tenes. Sa. In sacrario tria sigilla. M. Convenit. Sy. Arula in medio. M. Sic sunt omnia. Sa. Aurum ante aram. M. Hoc iam nostrum est. Quid? ipsius Queroli indicia iam tenetis? Sy. Melius hercle quam tua. Tu vide an divinare possis; nos mentiri novimus. M. Ego istuc in parte hac deambulatum ibo: illinc observabo om-

---

in recte rationem caet.] locus vexatior, de quo tamen Codd. conspirant. Daniel et Ritt. mutant *porticus. M. Recte:* cogitant etiam de legendo: *an recte rationem tenes?* vel tuendo *inrecte* sensu simplicis *recte:* Canneg. *in rectum errationem tenes.* Nobis autem adverteutibus mox Sc. III. vs. 146. legi: *porticus in dextra est*, haud absonum videtur etiam hoc loco olim *dextra* adfuisse, sed evanuisse illud in vocula *recte*, tum vero *in* solum remansisse. Nec tamen, quanquam hanc lectionem prae caeteris commendemus, fidem magnopere pugnamus, quominus aut cum his viris doctis faciendum sit, aut legendum sit fortasse: *de porticu atrium. M. Recte* caet: vel *de porticu atrium in rectum. M. Rationem tenes:* vel *de porticu atri an recte rationem tenes?* vel denique: *porticus est ex atrio, si recte* caet. *hoc iam*] C. Vet. *hoc etiam iam:* C. Camer. *hoc etiam*, quod recepit Par. *tua*] C. Paris. *tuam.*

---

vs. 1. — *vs.* 52. ut obscuriorem hunc locum et ea, quae sequuntur, teneamus, aut fallor, aut haec erunt animadvertenda. Fores istae *iligneae*, quae *frustra claudi* dicuntur, clausae tamen erant: vid. mox Sc. III. vs. 145. Ergo postquam externis iis indiciis certi essent, aedes, quas adspicerent, esse Queroli, socios interrogat Mandrogerus, rectene illi teneant, quid ipse de interna aedium conditione a sene sibi traditum cum iis communicasset. Vereri enim videtur, ne mox in quaerendo auro loci ignorantiâ rem conturbent. Itaque ut memores se praestent, respondent iam *vicissim*, primus Syc. de atrio et porticu, tum Sard. de sacrario; et ita porro. Sycophantae verba sic intelligo, ut dicat statim *post* atrium ipsumque introitum (Sc. III. vs. 146. *ut ingrediare*) porticum esse in dextra. Sic Nepos,

Quaéque meditamur éxinde et nocte ét die?

Sy. De átrio porticus (ést) in dextrâ. M. Récte rationém (tenes.

Sa. In sacrario tría sigilla. M. Cónvenit. Sy. In medio árula.

M. Sic sunt omnia. Sa. Aúrum ante aram. M. Nóstrum hoc (iam. Quid? ípsius

55. Quéroli indicia iám tenetis? Sy. Mélius hercle quám tua.

Tú vide, divináre an possis: nós mentiri nóvimus.

M. Ego istuc deambulátum ibo: obsérvabo illinc ómnia,

An vs. 52. Sy. *De átrio porticûs in dextrâ?* M. *Récte* caet.

Them. 9. *proximus de iis*, ubi videas tamen haerere interpretes. Quare si haec verborum iunctura fortasse offendat, facile locum ita explicabimus, rogare Sycoph., an cogitet Mandr. *de atrio porticûs in dextra.* Nam atria in porticibus aedificari, docet e. g. Cic. *ad Q. fratr.* III. 1. init. Utut est, ad sensum utraque sufficit explicatio. Respondet vero Mandr. e Plaut. *Mil.* I. 1. 47: *Recte rationem tenes.* — *vs.* 53. *in sacrario tria sigilla*] Cf. infra Sc. III. vs. 147 et 148. — *vs.* 54. Sa. *Aurum ante aram*] Hoc Sardanapali dicto inprimis confirmari videntur, quae modo ad vs. 52. adnotavimus. Etenim quum olla *defossa* et *sepulta* esset (supra, ad Rutil. vs. 21, A. I. 1. 14. et infra V. 2. 10.) ii, qui in aedes inspicerent, *videre* aurum omnino nequibant, verum *scire* illud ibi adesse, hoc ex Euclionis narratione acceperant. Itaque, si quis tamen malit praecedentia de iis, quae socii in aedes introspicientes cernant, intelligere, tum sane haec vocabula ad ipsum Mandr. referat: mox ista: *hoc iam nostrum est*, Sardanapali verba credat, de grato nuncio gaudio exsultantis. — *vs.* 55. *Queroli indicia*] *quis* et *qualis* ille sit, ut nempe agnoscatis illum, si vobis obviam fiat. — *melius quam tua*] Infra V. 3. «non titulum (recognoscis)? Q. Magis » quam te, quem hic hodie primum noscito." Potest quidem hic locus ita

nia: atque, ubi res vel ratio postularit, continuo hic adero. Sy. Nos quoque paululum istac secedamus, ne suspitionem improbitas paret.

QUEROLUS, SYCOFANTA, SARDANAPALLUS.

Q. Noster ille, qui mecum est locutus, nusquam apparuit, neque aliquid subripuit intus. Iste plane homo non fuit. Sa. Hem, ipse est: vellem hercle audire hunc hominem, quem vidi modo. Ego magos mathematicosque novi; talem prorsus nescio. Hoc est divinare hominem, non qualiter facere quidam risores solent. Q. Hem, quemnam divinum isti esse dicunt? Sa. Sed hoc novum est, quod vidi modo: ubi te aspexerit primum, tuo te vocat nomine, dein parentes, servos, atque omnem familiam exponit; quasi noverit quid tota gesseris aetate, quidve postea sis acturus, totum edisserit. Q. Bellus hercle hic nescio qui est: non praetereunda est fabula. Sy. Quaeso sodes, adgrediamur hominem illum ratione qualibet. Sa. O me stultum

---

plane] Canneg. *planus i. e. impostor.* *hunc*] C. Vet. et Parens omitt. *vidi modo*] C. Pith. et Paris. *vidimus.* *novi*] Ms. Grut. *vidi.* *risores*] Canneg. *f. irrisores.* *vidi modo*] C. Pith. et Paris. *vidimus.* *aspexerit primum, tuo*] C. Vss. et Pith. *aspexerit, primum tuo.* *exponit*] C. Vss. Pith. et Paris. *exponet.* *gesseris*] C. Vet. Vss. et Pith. *gesserit.* *bellus*] C. Pith. in glossa *pro bono.* *qui est*]

---

explicari, ut Mandr. peregre advenientes homines, quibus vix cognitus esset, in fraudis societatem sibi adiunxerit. Attamen magis est, ut arbitremur, simpliciter his verbis uti Sycophantam, ut affirmet, optime se res Querobi tenere; quippe *melius hercle* quam res socii sui ac sodalis. — *vs.* 58. *res vel ratio*] Ammian. 21. 16. »cum id posceret tempus et ratio. Intelligantur *rei ratio*, *temporis ratio*, sive *res*, *tempus*. — *vs.* 59. *improbitas*] im-

Atque ubi res vel rátio postulárit, continuo ádero.

Sy. Nos quóque istuc secedámus, ne suspícionem inprobi-
(tás paret.

SCENA II.

QUEROLUS, SYCOPHANTA, SARDANAPALUS.

Q. Nóster ille, qúi locutus mécum, nusquam appáruit,
Néque aliquid subrípuit intus. Hómo plane iste nón fuit.
Sa. Ipse est; — hercle véllem audire hunc hóminem, quem
(vidí modo.
Ego mágos mathematicósque novi: tálem prorsus néscio.
Divinare est hóc: non quale quídam risorés solent.
Q. Quém dicunt divínum isti esse? Sa. Nóvum est, quod
(vidí modo.
Ubi prímum adspexerít, tuo nomine té vocat,
Paréntes, servos, ómnem exponit fámiliam.
Quasi nóverit, quid tóta aetate gésseris,
Quidve ácturus sis póstea, totum edísserit.
Q. Béllus hercle hic néscio quis: non praetereunda est fábula.
Sa. Sódes, adgrediámur hominem illúm ratione quálibet.

An *vs.* 58. *Ubi rés vel ratio póstularit cóntinuo hic et égo adero.*

---

pudentia. Cf. infra Sc. III. vs. 89. Nisi malit quis haec ita intelligere: *ne existat improbitatis suspicio.*

Scena II. vs. 3. *Ipse est*] scil. Querolus. Haec tacite, caetera ea voce, ut a Querolo audiantur. — *vs.* 11. *bellus*] dictum hic de eo, qui aliquid novi lepide narrat. Quare addit: non praetereunda est, quem refert is, fabula. — *vs.* 12. Praefigitur persona Sycophantae; sed non est;

atque ineptum, qui non consului statim! Sy. Et ego hercle vellem: verum, ut nosti, non vacat. Q. Cur non omnia agnosco? Salvete amici. Sy. Salvus esto, qui salvos esse nos iubes. Q. Quid vos, secretumne aliquod? Sa. Secretum a populo, non secretum a sapientibus. Q. De mago nescio quid vos audivi. Sa. Ita est, de nescio quo nunc sermo erat, qui omnia divinat. Verum quisnam ille homo sit, nescio. Q. Estne talis aliquis? Sa. Maxime ergo, Sycofanta, ut dixeram, per te tuosque, mi sodes, te rogo ut illac venias, venias me-

---

C. Voss. antea *quis est*. C. Pith. et Paris. *qui es*. *consului*] C. Paris. *consilui*. *esse nos*] C. Paris. *esse non*. *aliquod*] C. Pith. et Paris. *aliquid*. *Maxime ergo*] Grut. ita: *Maxime. Ergo* *mi sodes*] C. Vet. *misides*, unde Grut. *tuasque Mysides*, ut eum obtestatur per eius amores; Par. vero *tuosque Misides* i. e. osores, a Graeco *μισεῖν*. *venias*-

---

ut, qui nunc tantopere cupiat magum convenire, is continuo moras nectat, atque idem, quod concupiverat, identidem recuset. Adest ergo nominum perturbatio: cui mederi conati sumus, persona Sardanapali, quae sequenti versui praefixa legebatur, huc retracta. Nescio tamen, an plenior medicina afferri possit, re sic intellecta: simulari magum a solo Sycophanta visum esse, qui nunc ea, quae magum de aliis divinantem audivisset, cum Sardanapalo communicet. Est enim Sycophanta, qui infra (vs. 36 et 38.) Querolo explicat, quis sit ille magus, quique mox etiam (vs. 47.) interrogandi partes ipse suscipit: contra Sardanapalus *quis ille homo sit*, *nescire* fingitur (vs. 18.), et arbitratur, Sycophanta duce opus esse, quoniam is magum *vidit et novit bene* (vs. 32.). Quae proinde si recte ita intelligantur, vs. 3 et 6. reponendum erit Sycophantae, vs. 12. Sardanapali nomen; sed vs. 13. pertinebit rursus ad Sycophantam, dicentem poenitere se, quod non *statim*, quem in divinantem magum incidisset, de suis eum rebus *consuluerit*, tum

'O me stultum átque ineptum, quí non consuluí statim!

Sy. 'Et ego vellem: vérum, ut nosti, nón vacat. Q. Agnosco (ómnia?

15. Salvéte, amici. Sy. Sálvus esto, sálvos qui esse nós iubes.

Q. Quid vós? Secretumne áliquod? Sa. Populo sécretum, (haud sapiéntibus.

Q. Dé mago nescío quo audivi. Sa. Dé nescio quo sérmo erat,

Quí divinat ómnia. Vérum quís ille homo sit, néscio.

Q. 'Estne talis? Sa. Máxime. Ergo, Sycophanta, ut díxeram,

20. Per té tuosque sódes, rogo, illac vénias mecum uná simul.

An *vs.* 14. *Et ego hercle vellem: vérum, ut nosti, nón vacat.*

vs. 15. *Cur nón agnosco? Vos salvete.* Sy. *Sálve, qui salvós iubes.*

vs. 20. *Per te tuosque, sódes, rogo, mecum illac ut venías simul.*

---

vero (vs. 14.) Sardanapalo querentem, animum sibi ad conveniendum illum non deesse, deesse vero opportunitatem: quam personam ut rite tueatur, deinde Sycophanta etiam de se magum interroget (III. 124 sqq.). Verum non infitior, hisce molestos esse quodammodo versus huius Scenae 34 et 51, ubi vide adnot. — *vs.* 14. *Agnosco omnia?*] i. e. Quidni cognoscam quid agatur? Brevis haec interrogandi forma usurpatur etiam a Iuven. IV. 130: *conciditur?* i. e. num illum (piscem) concidendum censetis? Add. supra I. 2. 5. — *vs.* 16. *populo secretum*] cf. mox vs. 53. Magi et mathematici saepius ab Imperatoribus Urbe expulsi sunt. Tac. *Hist.* I. 22: II. 62, *Ann.* II. 32: XII. 52. Nihilominus isti, quum a ditioribus summo studio expeterentur, Romae commorabantur fere, sed clam et non sine periculo, tum suo, tum consultantium. Vid. Tac. *Hist.* I. 22, *Ann.* II. 27, VI. 29, XII. 22, 52, 59, XVI. 30 et 31. Add. Ammian. passim. — *vs.* 19. *talis*] tantus. — *vs.* 20. *una simul*] cf. vs. 31. et Plaut. *Most.* IV. 3. 43. De particularum huiusmodi pleonasmo vid. Duker. Indice ad Flor. ad voces *rursus redire*,

cum una simul. Sy. Iamdudum dixi, ultro et libenter irem, si vacuum nunc esset mihi. Sa. Mane paulisper. Q. Quaeso, amice, ne te subripias tam cito. Egomet quoque scire cupio, quisnam iste est, de quo sermo nunc erat. Sy. Edepol, nescio quid aliud mihi est negotii: cognati atque amici iamdudum me expectant domi. Sa. Magna hercle hominis difficultas et persuasio: neque nunc te amici expectant, neque cognati: paulisper mane. Q. Quaeso, amice, si mea non est odiosa societas, consulere vobiscum volo. Sa. Vereor hercle ne difficilem se nobis faciat, si plures videt. Sy. Optime edepol: ecce sodes comitem quaerebas, habes: mihi molestus ne sies. Q. Quaeso, amice, si huic ita videtur, abeat, nos illac una simul. Sa. Atque isto nobis est opus, quoniam hominem illum vidit et novit bene. Q. Iustum est ut nobis hodie operam impendas, quoniam sic ratio expostulat. Sy. Immo hercle iste illum novit melius atque ille hunc familiariter. Q. Sed quaeso nunc vestram fidem, quisnam hic homo est, vel cuius loci? Sy. Quantum comperi, Mandrogerus vocatur: hoc scio. Q. Attat, pulcrum hercle nomen: iam hoc de Magis existimo. Sy. Pri-

---

venias] C. Vet. Pith. et Paris. om. alterum *venias*. *amici expectant*] C. Vet. *expectant amici*. *paulisper mane*] C. Vet. *mane paulisper*. *amice s. m.*] C. Paris. *amici s. m.* *abeat*] C. Voss. Pith. et Paris. *habeat*. *simul*] C. Voss. et Pith. *sumul*, C. Pith. et Par. adscr. *sc. eamus*. *Atque*] C. Voss. *Atq.* Ritt. et Par. *atqui*. *hoc scio*] C. Vet. et Ms. Grut. *hoc nescio*, quod probant Grut. et Par. Verum Ritt. f. *plus hoc nescio*. *hercle*] C. Pith. et Paris. omitt. *hoc*] Canneg. *hinc*. *de magis*]

Canneg. ad Avian. *Fab.* 18. vs. 4, et (vide supra p. 28.) Wasse ad Sall. p. 249. — *vs.* 26. *persuasio*] pertinet vocabulum et ad eum, qui persuadet, et ad eum, cui persuadetur. *Difficilis persuasio* eo sensu est

Sy. Díxi dudum, irém libenter, si ésset nunc vacuúm mihi.

Sa. Máne paulisper. Q. Quáeso ne, amice, té subripias (tám cito·

Cúpio ego quoque scíre, quis iste, dé quo sermo núnc erat·

Sy. Edepól, negoti aliúd nescio quid ést mihi:

Cógnati iamdúdum atque amíci me exspectánt domi.

Sa. Mágna hercle difficultas hóminis et persuásio.

Néque te amici néque cognati exspéctant: paullispér mane.

Q. Si odió non est societas mea, consúlere vobiscúm volo.

Sa. Vereór, ne difficilém se nobis fáciat, si plurés videt.

Sy. Comitém quaerebas, écce habes: mihí molestus né sies.

Q. Quáeso, huic si ita vidétur, abeat: nós illac unà simul.

Sa. 'Atqui isto opus est, hóminem quoniam vídit et novít bene.

Q. Iústum, ut nobis óperam inpendas, quóniam ratio expós- (tulat.

Sy. 'Immo iste illum nóvit melius, átque ille hunc familia- (riter.

Q. Sed quáeso nunc vestrám fidem: quis híc homo est vel (cúius loci?

Sy. Quántum comperí, Mandrogerus (ílle) vocatur, hóc scio.

Q. Púlcrum hercle nómen: hoc iam dé magis exístimo.

---

apud Iustin. XXXIV. 4, quo hic *difficultas et persuasio.* — *vs.* 34. Ex iis, quae supra vs. 12. animadvertimus, videtur haec Syc. ideo tantum dicere, ut certius credat Querolus, eum vero animo officium arcessendi magi avertere velle. — *vs.* 35. *cuius loci*] vel patriam quaerit, vel conditionem; quo sensu mox Sc. 3. 118 et 126. Add. e. g. Ammian. XXIX. 5. — *vs.* 37. *hoc iam de magis*] scil. *esse*, ad magos pertinere, hominem,

mum praeterita edicit, si omnia cognoscis, tum de futuris disserit. Q. Magum hercle hominem tu narras, et consuli hunc non placet? Sy. Volo equidem, sed paulisper non vacat. Q. Age, da operam amicis: nobis quoque similiter impera, si quid voles. Sy. Habeo gratiam: quoniam istud vultis, fiat. Sed audite quid loquor, huiusmodi homines impostores esse. Q. Hem, sodes, ipsud volebam dicere. Certe ferulas non habet, neque cum turbis ambulat. Sy. Ha, ha, he, tales hercle consulere hic deberet homo curiosissimus? Sa. Verbis quantum vult, ille fallat: plus de nobis non licet. Sy. Si vobis ita videtur, placeat ut ego hominem scisciter, atque ut omnia per-

---

Par. ex adnot. Gruteri *te magis aestimo.* *si omnia cognoscis*] corruptum videtur e glossa *s.* (vel *scil.*, *omnia cognoscit*; in C. Voss. additum est *p. recognoscis.* *magum*] Ms. Grut. et C. Pith. *magnum*, quod recipiunt Par. et Canneg. *hominem tu*] C. Vet. *tu hominem.* *non vacat*] C. Vet. *mane* (sic). *ipsud*] C. Vet. *ipsum id*, unde Daniel et Par. *istud.* *hic*] C. Pith. et Paris. omitt. *de nobis*] C. Pith. in glossa *in nos.* C. Paris. *contra nos.* *placeat*] Ms. Grut. *placet*, ubi tamen antea

---

de quo dicis, magum indicare existimo. Potest etiam esse: *hoc* (scil. *nomine*) iam suspicor, illum hominem unum *de magis*, seu *magum* esse. — *vs.* 39. *magnum tu*] »magnus hercle vir, qui et praeterita et futura tenet. Tune vero hunc non consulis?" Non tamen inepta est lectio *tu magum*, i. e. tune magum negligis, quod genus hominum vulgus tantopere sectari solet? — *vs.* 41. *impera*] *imperare* et *imperium* dominorum est in servos. Ter. *Phorm.* II. 2. 19 et 46. 3. 2. *Eun.* II. 1. 7. Hinc dicunt illud, qui promtos se paratosque indicant ad officium praestandum. e. g. Plaut. *Aulul.* II. 1. 23. *Cist.* IV. 2. 56. Caeterum cf. cum hoc versu infra 3. 159. — *vs.* 42. *quoniam vultis, fiat*] ex Ter. *Ad.* V. 6. 22.

Sy. Edícit primum praéterita, tum dé futuris dísserit.

Q. Mágnum tu hercle hóminem narras: ét non consuli húnc (placet?

Sy. 'Equidem volo, sed nón vacat paulísper. Q. Age, operam, (amíce, da

Nobís; similíter ínpera, si quíd voles.

Sy. Grátiam habeo: quoniám vultis, fiat. Ast audite, quód (loquor;

Hómines huiusmodi ínpostores. Q. 'Id volebam dícere.

Cérte ferulas nón habet ille, néque cum turbis ámbulat?

Sy. Táles consulere híc deberet hóminum curiosíssimus.

Sa. Verbís quantum vult, ílle fallat: plús de nobis nón licet.

Sy. Si vóbis ita vidétur, placeat, út ego hominem scísciter:

[Atque ómnia ut perquíram non unó modo;]

Vide mox 3. 7 et 160. — *vs.* 43. *id volebam dicere*] ipsa haec est mea sententia, cf. infra S. 4. 26. — *vs.* 44. *ferulas non habet, neque cum turbis ambulat*] Henr. Canneg. (*Rescr. Boxh. de Cat.* c. VII, in Catonis edit. cura Arntz. p. 394] putat auctorem h. l. in oculis habuisse morem, quo magistri frequenter cum pueris discipulis deambulare solebant; uti notum est de ludimagistro isto Faliscorum (Liv. V. 27.). Magis opinor, obversatos illius menti fuisse viles istos hariolos, μητραγύρτας, alios, qui per vias publicas circumibant, oracula ista sua in mediis infimae plebis otiosorumque *turbis* edentes. Certum isti habitum virgasque et alia tanquam sacrorum instrumenta ostentabant. Iidem, squalorem luctumque prae se ferentes (cf. Plaut. *Rud.* II. 3. 46.), solebant verberare se et cruciare. Cf. Plaut. *Truc.* II. 7. 41. et praesertim Appul. *Met.* VIII. (Oud.) 583. Ad alterutrum referendae videntur ferulae. Plenam harioli descriptionem quaere in Appul. *Met.* IX. 607. coll. II. 118. — *vs.* 45. *hic*] Sardanapalus. — *vs.* 46. *de nobis*] scil. *auferre.*

quiram non uno modo: si mihi ille de omnibus respondere potuerit, sciatis vere hunc esse divinum vel magum. Sa. Dixisti optime. Sed eccum ipse hac praeterit: ita ut volui contigit: quanta in ingressu gravitas, quanta in vultu dignitas! Q. Adgrediamur hominem, atque a publico sevocemus, ut secreto disserat.

QUERQLUS, MANDROGERUS, SYCOFANTA, SARDANAPALUS.

Q. Salve Mandrogerus. M. Salvos esse volo. Q. Tu quoque incolumis esto, sacerdotum maxime, quoniam laudaris ac diligeris plurimum merito tuo. Sy. Scin' tu, Mandrogerus, quid ex te voluimus noscere? M. Quaenam? fortasse novi. Sy. Consulere de quibusdam volumus et cognoscere tuam insignem sapientiam. M. Non equidem constitueram: sed quoniam ita vultis, consulite, ut respondeam. Sy. Quaesumus ut libenter nobis operam tuam inpendas: prolixa nunc disceptatione opus est. M. Dicite quid velitis. Sy. Primum ut exponas quaesumus, quae sunt optima sacrorum genera vel cultu facilia. M. Duo sunt genera potestatum: unum quod iubet; aliud quod

---

fuit *placeat*. *hunc esse*] C. Vet. et Paris. *esse hunc*. *vel magum*] C. Vet. *et magum*. *disserat*] C. Vet. *disserantur*, C. Pith. et Paris. *disseras*. (*So. III.*) *Mandrogerus*] ita saepe. Sed Par. fere mutat *Mandrogere*. *esse volo*] C. Vet. Pith. et Paris. *esse vos volo*. *quoniam*] Canneg. f. *qui iam*. *voluimus*] C. Pith. *volumus*. *Quaenam? fort.*] Ritt. et Par. *Quaedam fort*. *nunc*] C. Pith. $\overline{n}$. *disceptatione opus*] C. Voss. et Pith. *opus disceptatione*. Ms. Grut. *disceptione*. *facilia*] Ritt. et Paris. *facillima*. *unum*] C. Voss. et Pith. *unum est*.

— *vs.* 50. Si bene responderit, *vere divinum* esse, si male, *magum*, i. e. fallacem. eiusmodi hariolum cognoscetis. Si quis malit, *divinum* et *magum*

Mihi de ómnibus si réspondere pótuerit,
Divínum vere hunc ésse sciatis vél magum.

Sa. Díxisti optimé. Sed praeterit ípse: ut volui, cóntigit.
Quánta gravitas (ést) in gressu, quánta in vultu dignitas.
Sévocemus hóminem a publico, út secreto dísserat.

SCENA III.

QUEROLUS, MANDROGERUS, SYCOPHANTA, SARDANAPALUS.

Q. Salvé, Mandrogere. M. Sálvos esse vós volo.
Q. Incólumis tu quoque ésto, sacerdos máxime,
Quoniám laudaris ác diligeris plúrimum meritó tuo.
Sy. Scin' tú, Mandrogere, quod éx te volumus nóscere?
M. Fortásse novi. Sy. Té consulere dé quibusdam vóluimus,
Tuam ét sapientiám cognoscere. M. Nón equidem constítue-(ram:
Sed quóniam vultis, cónsulite ut respóndeam.
Sy. Quáesumus, ut libénter operam nóbis inpendás tuam.
Prolíxa disceptátione núnc opus est. M. Dic, quíd velis.
Sy. Quaésumus, exponas, quaé sacrorum óptima cultu fá-(cilia.
M. Potestátum genera dúo sunt: unum, quód iubet,

---

h. l. idem valere, aut recipiat is e Cod. Vet. *et*, aut *vel* pro *et* dictum putet, quod sequioribus scriptoribus haud insolitum est (cf. Intt. ad Eutrop. VIII. 23. et fortasse sic etiam supra S. 1. vs. 58, infra S. 3. 19.). Sed ita alterutrum nomen otiose adstat. — *vs.* 51. *praeterit ipse*] nisi coniiciat magum esse ex habitu, magis dicas Sard. eum aute vidisse. Cf. supra quae ad vs. 12. — *vs.* 53. *secreto*] *χωρίς*: add. quae supra ad vs. 16.

Scena III. vs. 11. Quae iam sequuntur, prima fronte continere viden-

obsecundat. Sic reguntur omnia. Praeclarior maiorum potestas; sed minorum saepe utilior gratia. Verum de maioribus dicere, neque mihi dicere, neque vobis audire est utile. Itaque si et invidiam et sumptum evitatis, sperate ab inferioribus. Sy. Quaenam ista sunt obsequia, quibus obsequi nunc oportet? M. Dicam celeriter. Tria sunt in primis: Planetae potentes, anseres importuni, et Cynocefali truces. Has tu effigies omnibus in fanis et sacellis si intueare, vel placare potueris, nihil est obstare quod possit tibi. Sy. Illosne quaeso

---

potestas] glossam puto iniectam ab iis, qui non caperent, quid esset *praeclara gratia*. *dicere neque mihi dicere*] abest prius *dicere* a Cod. Camer. Voss. et Pith., posterius ab edit. Parei. Canneg. legit: *dic. n. m. docere*; porro in margine exemplaris, (quod in biblioth. Acad. Lugd. Bat. adest, num. 501.) ad prius *dicere* adscriptum est, haud profecto inepte: *Dic. intueare*] Ritt. et Par. *mitigare*.

---

tur tantummodo interpretationem quandam, ipsam apprime obscuram, sacrorum, quae in cultu numinum quorundam in publicum minus notorum observanda sint. Sic autem ista facile videantur cuivis et longiora et frigidiora, quam quae poëtae ingenio, in caeteris lepidissimo, congruant. Et vero accuratius inspicienti apparebit, auctorem obliqua oratione Imperatorum aulicos, praecipuos magistratus, ac sacerdotes tetigisse, quorum mores et ridiculam superbiam tectis verbis perstringat. Ratio profecto, quae egregie cadit in eam aetatem, ubi aurea illa dicendi libertas, qua antiquiores Comici tam feliciter usi sunt, modo non omnis sublata erat. — *unum quod iubet*] ipse Imperator scilicet. — *vs.* 12. *obsecundat*] nempe iubenti Principi, cuius iussa exsequitur. — *vs.* 13. *praeclarior-gratia*] i. e. splendidior, illustrior; illis, in quos horum favor confertur, potius gloriam addens, quam utilitatem. — *vs.* 15. *evitatis*] scil. evitare cupitis. — *vs.* 16. *obsequia*] dici videntur, qui inferiores ipsi uni illi domino maiori (Principi) *obsecundant* (supra vs. 12.) atque obsequuntur: ab humilioribus vero sibi rursus cultum

'Aliud est, quod óbsecundat: sic reguntur ómnia.
Máiorum praeclárior, minórum utilior grátia.
Dé maioribús neque diceré neque audire est útile.
Si ínvidiam et sumtum évitatis, pétite ab inferióribus.
Sy. Quaénam ista súnt obsequia, quíbus oportet óbsequi?
M. Dicám celeriter. 'Ista inprimis súnt tria:
Poténtes planétae, anserés inportúni,
'Et Cynocephalí truces.
Has tú si fanis éffigies in ómnibus
'Et sacellis íntueare, vél placare pótueris,
Nihil ést, obstare (pórro) quód possit tibi.

' An *vs.* 14. *Dé maioribu' néque mi dícere néque vobis est útile.*

Vs. 18 est versus Bacchiacus, quem sequitur clausula trochaica, nisi dederit fortasse poëta sic:

Sínt planetae praépotentes, inportúnique ánseres,
Sunt ét Cynocephali truces. Has effígies in ómnibus
Fánis et sacéllis intuére: nam si pótueris
Placére, nil 'st, obstáre quod possit tibi.

---

et obsequium exigunt, quod expressit divinus noster Feith:

En zien, nu moê geknield, weêr and'ren voor zich knielen.

— *vs.* 18. *potentes planetae*] Planetas a multis habitos esse rerum terrestrium et fatorum humani generis administratores ex philosophis et astrologis nota res est. Intelligit autem, opinor, *praesides provinciarum*, aliósque magistratus, qui modo in hac, modo in illa regione, rerum summam obtinebant. — *anseres*] anseres *sacri* fuerunt Romanis. Hoc nomine *sacerdotes* indicari, mox erit manifestissimum. — *vs.* 19. *Cynocephali*] nomen, e sacris Aegyptiacis et Anubis cultu desumtum, aulicos spectare videtur, qui populo aditum ad Deum, i. e. Principem, praecludebant. Cf. infra vs. 70 sqq. coll. 46. — *vs.* 21. *intueare*] adores. — *placare potueris*] satis

tu mihi planetas loqueris, numeris qui totum rotant? M. Ipsos: nec visu faciles nec dictu affabiles: atomos in ore volvunt, stellas numerant, maria aestimant: sola mutare non possunt sua. Sr. Egomet audieram, quod ipsi omnia gubernarent. M. Ha ha he, hic si aliquid gubernare censes, nescio ubi naufragium dixeris. Ubi rerum omnium penuriam esse norunt, illic homines non regant. Summa est medella, vicissim alia ut evertat loca: messes hac atque illac transferunt diris tempestatibus, omnesque fructus paucorum improbitas capit. Sa. Novum tibi est, transferri messes? M. Istis licet rerum omnium species atque formas, ut libuerit, vertere. Sed quot gradibus et transfusionibus? aliud ex alio iubent: triticum ex

---

in ore] Canneg. *in orbe.* *non regant*] C. Vet. *n. regnant*, C. Voss. an: *n. rogant*, C. Pith. et Par. *congregant.* *evertat*] C. Vet. *evertant*, Canneg. *everrant.* *sed quot*] C. Voss. *qd*, Ms. Grut. his praefigit personam *Sard*, mox habet: *Mand. Aliud ex* cast. quam lectionem recepit Par. *iubent*]

---

opibus valeas, ut iis sacrificia ac munera offeras, quibus illi magis delectantur quam adoratione. Alius, nec difficilior, existit sensus, si quis transponat vocab. *si*, legatque *nam* pro *vel.* — *vs.* 23. *numeris*] de numeris et harmonia Planetarum Cic. in *somn. Scip.* c. 5. Porro in re publica tum pecuniaria tum alia fere omnia numeris aguntur. — *totum*] recte Anonym. n. 501. L. Bat. Acad. in margine τὸ πᾶν. Ita de universo mundo *totum* usurpat Lucret. I. 983. II. 89. VI. 651 et 680. — *rotant*] ut planetae ex astrologorum sententia Universum regunt, ita principes illi magistratus orbem Romanum *rotant*, ad libitum suum constituunt, vel etiam (quod fortasse auctor eo verbo indicavit) confundunt, perturbant. Sidera ab Iove per gentes mitti, ut hominum fata cognoscant, dixit iam Plaut. *Rud.* prol. vs. 10. — *vs.* 24. E Virgilio, *Aen.* III. 621. — *vs.* 25. *atomos in ore volvunt*] tuetur Io. Saresberiensis, *Policr.* sive *de Nug. Cur.*

Sy. Illósne loqueris míhi planetas, núméris qui totúm rotant?
M. Ipsós, nec visu fáciles (ulli), dictu nec affábiles.
Atomós in ore vólvunt, stellas numerant, maria aéstimant:
Sola mútare haud possúnt sua. Sy. Audieram eós gubernare
(ómnia.
M. Ha ha he!
Gubérnare hic si cénses aliquid, úbi naufragium díxeris?
Rerum úbi penuriam ésse norunt, íllic homines cóngregant.
Súmma medela est haéc, vicissim ália ut evertánt loca.
Mésses transferúnt hac illac díris tempestátibus,
Omnésque fructus paúcorum inprobitás capit.
Sa. Transférri messes tíbi novum est? M. Istís licet
Rerum ómnium species átque formas, út libuerit, vértere:
Quot grádibus et transfúsionibus! Aliud ex alió iubent;

II. 25. illud *in ore:* vereri enim se dicit, ne forte eiusmodi atomus ex ore lapsa facile genethliaco intercidat. Non tamen displicet, quod tentat Canneg. *in orbe;* namque orbis terrarum particulas vi planetarum dirigi a philosophia Epicurea et doctrina astrologorum haud absonum erat: nec magis illud ignorabatur, Praesides ac Praetores saepe plebeios homines ex alio loco in alium pro lubitu transponere. — *stellas*] cives ditiores recensent, e quorum bonis laboranti fisco succurratur. — *maria aestimant*] quae sit marium conditio, motus, ambitus, planetae constituunt. Magistratus computant, quid ex vectigalibus maritimis percipi possit. — *vs.* 26. *sola sua*] descriptum olim cursum illum, loca et sola proinde *sua*, quae sibi obeunda sunt. — *vs.* 28. Stulte eo compellunt incolas, ubi omnium rerum penuria est. — *vs.* 29. Non alia est huius mali medela, praeterquam quod isti non semper eadem loca *evertant*, vastent, sed vicissim alia. — *vs.* 30. *messes transferunt*] messes a magis et, quos invocabant illi, planetis transferri vulgo credebant; vid. Virg. *Ecl.* VIII. 99. ibique Cerdá. Ita et Romani

vino subito fieri videas; vinum ex tritico. Iam flava seges hordei facile efficitur ex quovis titulo et nomine: mortales vero animas sive Inferis sive Superis addere, nullus labor. Sa. Vides ergo tam potentes placari oportere? M. Ha, ha, he, paucis hoc licet: sacraria istaec nimis superba sunt et sumptuosa, maxime si obaudire vultis, exiguo votum soli sacello solvite. Sy. Et oracula istaec ubinam specialiter sunt, expetenda? M. Ubi libet, hac atque illac, sursum deorsum, in terra in mari. Sy. Et quisnam infelix deprehendere aut adire possit haec tam varia sidera? M. Adire facile est: abire impossibile. Sy. Quamobrem? M. Mysteria sunt in aditu diversa et occulta, quae nos soli novimus, arpyiae, cynocephali, furiae, ululae, nocturnae striges: absentes hydris congregant; praesen-

---

Par. *iubet*. *obaudire*] Iuret. ad Symm. *Epist*. III. 44. exemplis probat sic sequiori aetate saepe pro *obedire* scriptum esse. Malim tamen simplex *audire*. *et oracula*] C. Vet. et Parens *oracula*. O. Voss. Pith. et Par. *et oracla*. *in mari*] C. Paris. *et in mari*. *et quisnam*] in quibusdam Codd. *etquisnam*, unde Grut. et Par. *ecquisnam*. *varia*]

Praefecti, aegre ferentibus incolis, frumentum ex alia regione in aliam transportari curabant: ad militarem annonam scilicet, de cuius cura vid. Vales. ad Ammian. XIV. 10. — *vs*. 35. *tritica e vino*] coniicio morem intelligi, quo populi vectigales vel totum tributum vel partem Romanis solvere solerent, fructibus regionis ad praesides collatis. Vid. e. g. Cic. *in Pison*. 35. Sic alio tempore vel etiam loco vinum, alio frumentum in vectigal imputari poterat, ac vinum, quod ex alia regione afferebatur, cum alterius loci frumento commutari. — *vs*. 37. *inferis — sive superis*] hominem vel necare vel in summas dignitates evehere. — *vs*. 40. *sacello soli*] *tantum* exiguo sacello. — *vs*. 43. *infelix*] σχέτλιος, ob

Trítica subito e víno fieri vídeas, vinum e trítico.
Flava hórdei seges efficitur, facile ex quóvis titulo et nó-
Addere inferis mortales seú superis nullús labor. (mine.
Sa. Placári oportet tám potentes. M. Há, ha, he: paucis hóc
Sacrária sunt supérba nimium et súmtuosa máxime. (licet.
Si audíre vulti', sacéllo soli vótum exiguo sólvite.
Sy. Et ístaec ubinam súnt specialiter éxpetenda orácula?
M. Ubí libet, hac atque íllac, sursum deórsum, in terra et ín
(mari.
Sy. Et qúisnam infelix déprehendat haéc tam varia sídera?
M. Difficile adire, abíre inpossibile ést. Sy. Quamobrem?
(M. Mystéria
In áditu sunt divérsa occulta, quaé nos soli móvimus:
Hárpyiae, cynocéphali, furiae, úlulae, nocturnae striges.
Abséntes hydris cóngregant, praeséntes virgis súbmovent.

---

multum investigandi laborem. — *varia*] quibus libet assidue in aliis locis sedem ponere, ii recte et *varii* et *vagi* dicuntur: exquisitius tamen videntur haec sidera dici *varia*. — *vs.* 44. *difficile adire*] ita mutavimus, postulantibus, quae statim sequuntur. — *inpossibile*] vocabulum primo Quintiliano *I. O.* V. 10 et 13 usurpatum. — *mysteria in aditu*] intelligo ministros et qui proprio nomine Praesidum *comites* dicebantur: quorum alii praefectorum aditum pretio venderent, alii tristes ac superbi illos, qui salutandi causa confluxissent, repellerent. Cf. Iuven. VIII. 127 sqq. Caeterum, ut illis diebus, sic nostra aetate evenit, ut, victoris populi magistratibus incolis cuiusdam provinciae sui conveniendi potestatem facientibus, evocarentur absentes, qui vero se sisterent, contumeliose reprimerentur: ita ut vere »neque abesse liceret neque adire." Etenim principes illi, uti noster ait, turbas »abigunt atque amant." — *vs.* 47. *virgis submovent*] *virgae* sunt licto-

tes virgis submovent: ita neque abesse licitum est, nec adire tutum: turbas abigunt et turbas amant. Quid plura, Querole? Si te Numina diligunt, ne tu quicquam hinc noveris. Sy. Atqui, sacerdos noster, mysterium hoc iam displicet: de secundo illo genere anserino edissere atque expone, si quid est boni. M. Isti sunt qui pro hominibus perorant ante aras atque altaria, quibus cygnea sunt capita et colla: reliquias edere mensarum solent. Isti sunt ariolorum longe fallacissimi. Tantum est quod vota hominum interpretantur et male, precemque dicunt, sed responsa nunquam eligunt congrua. Sa. Hosne tu olores esse narras? Ego in sacellis proxime anseres inspexi multos: neminem vidi cygnum: magnis gutturibus capita attollunt, alas pro manibus gerunt: primum inter sese linguam trisulco vibrant sibilo: inde ubi somuerit unus, cuncti alas quatiunt, diris cum clangoribus. M. Non parvo explentur isti: panem neque noverunt neque volunt: hordea insectantur fracta et ma-

---

Ms. Grut. C. Voss. Pith. et Paris. *vaga*, quod recepit Par. *licitum est*] C. Paris. omitt. *est*. *Querole*] vocabulum eliminandum. Orationem Mandr. vertit ad Sycophantam. Potest ex magica scientia nomen Queroli comperire se simulat. *cap. et coll.*] C. Voss. et Pith. *coll. et cap.* *eligunt*] Koen. et Canneg. *eliciunt*. *linguam*] C. Paris. *lingua*. *cuncti*] Par. *cuncta*.

---

rum, qui, prodeunte magistratu maiore, turbas dispellunt. Proprium quoque de hisce est verbum *submovent*. Cf. e. g. Liv. III. 48. IV. 50. VIII. 33 et passim: Senec. *Epist.* 94. — *vs.* 52. *Sacerdotes* tangi iam in propatulo est. — *vs.* 53. *colla cygnea*] albas infulas vittasque respicere videtur. — *reliquias mensarum*] quae ex epulis sacrificalibus restabant. — *vs.* 55. *et male*] et illud quidem male. — *vs.* 56. *eliciunt*] a Diis, quos precantur. — *vs.* 59. *alas pro manibus*] fortasse

Neque abésse licet neque adíre: turbas ábigunt et turbás (amant.

Quid plúra? si te Númina diligúnt, ne quidquam hinc nó- (veris.

Sr. Atquí, sacerdos, hóc mysterium dísplicet.

Secúndo de genere ánserino expóne, si quid ést boni.

M. 'Isti sunt, pro homínibus qui perórant ante altária,

Quibu' cólla cygnea súnt; reliquias édere mensarúm solent.

Súnt isti ariolórum omnium lónge fallacíssimi.

Tántum est, quod vóta hominum intérpretantur ét male,

Precémque dicunt, séd responsa núnquam eliciunt cóngrua.

Sa. Hósne tu esse olóres narras? 'Ego sacellis próxime

'Anseres inspéxi multos: cygnum vidi néminem.

Magnís gutturibus cápita tollunt: álas pro manibús gerunt:

Trisúlco inter se línguam vibrant síbilo.

Unus úbi sonat, cuncti álas quatiunt díris cum clangóribus.

M. Non párvo explentur ísti: panem néque noverunt néque (volunt:

An *vs.* 48. *Néque abesse licitum ést neque adíre: túrbas abigunt átque amant.*

An *vs.* 55. *Tantum ést, interpretántur vota quód male,*

---

longae sacerdotalium vestium manicae intelligendae sunt. — *vs.* 60. *trisulco sibilo*] qui e linguis trisulcis exoritur, nisi malit quis reponere *trisulcam*. Nescio an sacros illos cantus cogitet, de quibus mox: „unus ubi „sonat, cuncti alas quatiunt" i. e. opinor, manus supinas extollunt. — *vs.* 62. *panem neque noverunt neque volunt*] ad locum illustrandum egregie valet Horat. *Epist.* I. 10. 10, unde patet, placentas istas, quales in sacris afferri solerent, *liba* dictas, in sacerdotum familia communem cibum

dida: spicas nonnulli vorant: quidam etiam polenta utuntur et carne iam subrancida. Sy. En sumptum inanem. M. De istis quondam magnus dixit Tullius: anseribus cibaria publice locantur et canes aluntur in Capitolio. Sy. O genus hominum multiforme et multiplex! His egomet fuisse arbitror matrem Circen, Proteum patrem. Sa. Edepol neque isti placent. Cynocefalos nunc expone, si meliores putas. M. Isti sunt qui in fanis ac sacellis observant vela ac limina, quibus a pectore capita sunt ca-

---

vorant] Par. *vocant*. *inanem*] Koen. et Canneg. *immanem*. *anseribus* caet.] ipsa verba Ciceronis *pro Rosc. Amer.* c. 21, quae quamvis non versum constituant, potest tamen ferri, ut auctor ea casteris interposuerit. At vero tum *canes* huc nihil faciunt, tum ipsum anserum nomen, quod supra iam adest, ingratius repetitur, tum vero etiam neque illud a vero absonum videtur, librarios, quum viderent laudari Tullium, non tamen omnia Tullii verba referri, hunc scriptoris lapsum videlicet restituere voluisse, ac proinde ex ipsa oratione ad verbum omnia transscripsisse. Quapropter equidem lubens legerim: » *Istis, ut quondam* » *magnus dixit Tullius, Cibária publicè locantur, alúntur in Capitólio.*" C. Camerar. exhibet *collocantur*, quod recepit Par. *Circen, Proteum patrem*] C. Voss. et Pith. *patrem Protheum*. C. Paris. *Circien — Protheum*. *ac lim.*] C. Voss. Pith. et

---

fuisse, *panis loco* scilicet usurpatum. — *vs.* 63. *hordea fracta et madida*] quae victimarum capitibus imponebantur. Tum etiam sacris avibus cibum praeberi offas ex hordeacea farina aqua conspersa et subacta formatas tradit Colum. VIII. 3. — *subrancida*] non plane intelligo. Cic. in *Pis.* 27. mensam hominis sordidi simul ac libidinosi multa carne subrancida exstructam dixit. Noster fortasse illud vult, si per breve tempus multi cives sacris operati essent, ob carnis abundantiam evenire saepe, ut sacerdotes subrancida vescerentur. — *vs.* 65. *inanem*] non offendit hoc, malim tamen *immanem*. — *vs.* 66. *cibaria locantur*] veris anseribus ita procuratum esse, ut alios scriptores mittamus, vel solo Ciceronis testimo-

Sectántur hordea frácta et madida: spícas nonnulli verant;
Utúntur quidám etiám polenta et cárne iam subráncida.
65. Sy. En súmtum inanem! M. De ístis quondam mágnus dixit (Túllius:
Anseribus cibaria publice locantur et canes aluntur in (Capitolio.
Sy. O génus humanum múltiforme et múltiplex!
His árbitror fuísse Circen mátrem, Proteúm patrem.
Sa. Neque ĭstí placent. Expóne, si melióres Cynocephalós (putas.
70. M. Hi súnt, qui in fanis ác sacellis sérvant vela ac límina,
A péctore capita quíbu' canina, alví densi, pandaé manus;

An *vs.* 65. *En súmtum inanem! M. Istis, út quondam mágnus dixit Túllius,*
vs. 66. *Cibária públicé locantúr, alúnturque in Capitólio.*

---

nio constat. Prouti autem isti alebantur, sic etiam de victu sacerdotibus praestando publice cura agebatur. — *vs.* 67. *genus humanum*] hoc loco excidit auctori, sibi tantum obliquo sensu de hominibus, aperto de anseribus sermonem esse. — *vs.* 69. *Cynocephalos*] significantur, ut puto, qui in aula Imperatoria Principi praesto erant ad ministeria: cubicularii, ianitores et, quos vocat Lampridius (*Hist. Aug.* I. 886.), admissionales. Solebant hi aditum ad Principem pro lubitu civibus aut praecludere aut aperire: quod quia prohibuit olim Alexander Severus, admissionalibus istis remotis, laudatur a Lampridio, l. l., ubi vid. Casaub. et Salm. — *vs.* 70. *vela*] quae solebant ianuis tum templorum tum profanarum aedium obtendi. Hinc pro ipso aditu dicitur illud e. g. l. I. C. Th. *de off. rect. prov.* — *vs.* 71. *capita canina*] tetricus et acerbus vultus in supplices ac salutatores. — *alvi densi*] ob lautiorem pastum. — *pandae manus*] ad

nina, alvi des, pandae manus, aeditui custodesque istos Ecuba quondam postquam vere facta est canis, Anubi nupta nostro latranti Deo omnibus templis ac delubris semper denos edidit, sic a pectore biformes, infra homines, sursum feras. Itaque ubi ignotus precator templa petierit, hinc atque hinc multisono cuncti latratu fremunt: ut adeas, tantum dabis, ut perorare liceat, multo plus dabis. Mysterium de religione faciunt et commercium: quae communia sunt et gratuita, vendunt foris: istis omnibus litandum, si parvo nequeas, at quanti queas. Respi-

---

Par. *et lim.* Canneg. *ad lim.* *alvi des*] Ms. Grut. uno verbo *alvides*, C. Pith. *alvi densi*, C. Paris. *alvidens i*, Ritt. *albi dentes* (quod recepit Par.) vel *alvi grandes*, *alvi desides*, *avidae et*, Koen. *alvi*, *pedes*. Canneg. *alipedes*. *aeditui*] Canneg. *aedituos*. *custodesque istos*] C. Voss. et Pith. *custodesque*. *Istos semper*] C. Pith. *sep.* *denos*] C. Voss. *denis* (sic). *perorare*] C. Vet. *orare*. *at q.*] C. Pith.

---

accipienda munera, quibus aditus ematur. — *vs.* 72. *aedituos custodesque*] Hos iungit similiter, commemorata Dei cuiusdam aede, Cicero, *Verr.* IV. 44. — *Hecuba*] prouti anseres e Circe et Proteo, ita iam Cynocephali ex Hecuba et Anubi prognati dicuntur. — *vere facta est canis*] fortasse sibi voluit, Hecubam olim propter assidua litigia ac lamentationes a Graecis canem *dictam*, non vero, ut perperam fabulis traditum esset, in canem conversam esse, itaque iam nunc illam, ut Anubi nuberet, ac Cynocephalos pareret, tandem *vere factam* esse canem. Simplicius tamen est, ut auctor illud intellexerit, Hecubam veram esse canem, non item Cynocephalos istos, de quibus, reapse hominibus, auctor ob metum sub ficto canum nomine loquitur. — *vs.* 73. *nostro*] Aegyptiaca et Chaldaica sacra superstitiosis et mathematicis inprimis dilecta fuere. Cf. Iuven. VI. 526 seqq. — *latranti Deo*] Virg. *Aen.* VIII. 698, *latrator Anubis*. Cambden. et Pontan. Gallorum Deum Hesum, seu Martem, Scriver,

Aeditúos custodésque hos Hecuba, vére quium facta est (canis,
Anúbi nupta nóstro latranti Deo,
'Omnibu' templis ác delubris sémper denos édidit,
Sic a pectoribús biformes, ínfra homines, sursúm feras.
Itaque ubi ignotu' precátor templa pétierit,
Latrátu hinc atque hinc múltisono cunctí fremunt.
Ut ádeas tantum, ut pórro orare líceat, multo plús dabis.
Mystérium de réligione fáciunt et commércium;
Gratuíta quae et commúnia sunt, vendúnt foris.
Litándum his omnibús, si parvo néqueas, at quantí queas.

An *vs.* 72. *Custódes istos Hécuba postquam vére facta fuit canis.*
ut sit *aeditui* e glossa,
vs. 78. *Ut ádeas, tantum, orare ut liceat, plús dabis.*

Mercurium seu Teutatem intelligit. Vide *Syll. Epist.* (edit. a Matthaeo, post Alciat. *de vita Monast.*) *Ep.* 162. p. 300. — *vs.* 74. *semper denos*] nota est ex Homero Hecubae magna fecunditas. — *vs.* 78. *ut adeas tantum*] desumtus videtur locus e Cicer. *Verr.* V. 45. — *vs.* 79. *mysterium — et commercium*] facultas conveniendi Principis, quam cuique perinde civi liberam esse oportet, ab his aulicis, Principem tanquam mysterium aliquod secludentibus, populo praeripitur et ditioribus pretio divenditur. Neque illa morum perversitas in sola Principis aula grassata est. Nam de magistratibus etiam Theodosius (l. 1. C. Th. *de off. rect. prov.*) » non sit venale iudicis velum, non ingressus redempti." — *vs.* 80. *vendunt foris*] Canneg. *publice:* malim licitantibus in *foris*. Erat tum Romae genus hominum, qui propria dictione aliquid *per fumum* sive *fumis* vendere dicebantur; quippe qui, quasi nulla non apud Principem possent, pretio a credulis accepto, se horum preces ad Principem perlaturos et, quod petarent, certissime impetraturos pollicerentur; de quibus vid. *Hist. Aug. Scr.* I. 275, 821, 949. Mart. IV. 5. 7. — *vs.* 81. Sumta haec ex

cite ad homines potestatesque vestras, et nobis veniam date, mihique credite, Deus facilius aditur, quam prole cognitur. Sy. Actum est, neque istos volo, nihilque inter omnia, quae narrasti, improbius puto. Sa. Felices vos qui non Cynocefalos pertulistis. Ego autem ipsum vidi Cerberum, ubi nisi ramus aureus adfuisset, Aeneas non evaserat. Sy. Quid de simiis? M. Istae sunt, quae futura scribunt gesta, quae vos dicitis: hominumque fata levibus volvunt paginis: non quidem periculosa haec animalia, sed molesta atque improba. Quas illic sannas, quos corymbos videas, si nummos non asperseris? Nam si in-

---

et Par. *ut q.* *mihique*] C. Vet. Pith. et Paris. *mihi.* *prole cognitur*] C. Vet. *prolem c.*; Ms. Grut. ita: *facilius* (prius fuerat *facilifus*) *acbutur quam prolem c.* Canneg. *proles c.*; anonymus in marg. lib. Leid. n. 501: *probe c.*: Ritt. et Par. *prole cognoscitur.* Equidem cogitaveram antea de reponendo *pro te* vel *pro recogitur:* tum vero tentaveram: „Deus, mihi credite, facilius aditur, quam cognoscitur" ad similitudinem Menandri *Reliq.* p. 272. Verum suasit aestumatissimus praeceptor emendationem *pro templis ianitor*, cuius coniecturae prae caeteris praestantia profecto non soli mihi erit certissima. *istos*] C. Paris. *istum.* *puto*] C. Voss. et Pith. et edit. Dan. *poto.* Sa. *felices*] reponendum videtur nomen *Mandr.* *vidi*] Canneg. f. *videre malim.* *gesta, quae*] C. Pith. *gestaque*, Canneg. *gestaque, quae.* *illic*] C. Vet. *illac.* *corymbos*] Ritt. et Par. et Gronov. *Obs. in Eccles.* XIX. 204. *ronchos.* *nummos non*] eiecimus *non*, postulante sensu.

Ter. *Eun.* I. 1. 30. — *vs.* 82. *respicite potestates*] vos attendite vires vestras, utrum sufficiant ad tantas impensas ferendas. — *nobis veniam date*] me dimittite. — *vs.* 83. Verissima sententia, in potentiorum aedibus ministros etiam inferiores alere vulgo altiores spiritus, magisque se magnificos facere, quam ipsum dominum. — *vs.* 85. *Cerberum*] primarium quendam inter aulicos, potentia et Principis gratia praesertim metuendum. — *vs.* 86. *aureus*] namque aurum apud istiusmodi homines omnia potest.

Réspicite potestátes vestras ét nobis veniám date:
Mihi crédite, Deu' facílius aditur, quám pro templis iánitor.
Sy. Actum ést. Inprobius ómnia inter, quaé narrasti, níl puto.
M. Felíces, qui non pértulistis: égo ipsum vidi Cérberum,
Aenéas, ubi ni rámu' fuisset aúreu', non eváserat.
Sy. Quid símiae? M. Scribúnt futura, gésta quae vos dícitis,
Hominúmque fata lévibus volvunt páginis.
Animália non periculosa haec, séd molesta atque ínproba.
Quas sánnas, quos corýmbos videas, nummos (his) si ad-
(spérseris?

— *vs.* 87. *simiae*] scribas et tabelliones intelligo (*de secretarie*). — *gesta quae vos dicitis*] revera sub Impp. posterioribus *acta iudiciaria* proprio nomine *gesta* fuisse dicta, non uno exemplo e Corpore Iuris Iustinianei manifestum est. Ita e. g. quam donationem Alexander Severus (*Vatic. fragm.* § 266 et 268) *apud acta fieri* dicit, de illa *gesta confici* Constantinus (l. 27. Cod. *de donat.* VIII. 54.), eam *gestis alligari* Zeno Imp. (l. 31. ibid.) ait. Eadem Iustiniano non raro e. g. l. 34. ibid. *monumenta*, Theophilo semper ὑπομνήματα dicuntur. Add. quae habet Brisson. in voce. Caeterum vero *futura* haec dixit auctor, vel ne obliviscerentur spectatores, de numinibus divinis sermonem esse, vel quia revera in istis actis inscriberentur, sive, uti dici moris erat, *apud illa insinuarentur*, contractus et stipulationes, quae futurum tempus spectabant, ne forte alter e contrahentibus postea infitiaretur. — *vs.* 89. *inproba*] notatur impudentia in petendo: nisi malit quis lasciviam intelligere, prouti usurpatur *improbe* a Petron. 26, Catull. 67. 126; *improbus* Ovid. *A. A.* III. 796. Mart. III. 75. 4. — *vs.* 90. locum ita capio. Si quando nummos adsperseris, tunc videbis *simias* istas (uti revera solet hoc animalium genus) prae gaudio ridere ac dentibus stridere, alterumque super alterum humi se proiicere et quasi in corymborum

super nuces et sorba dederis, omnem pupillum deperis. Sy. Arpyias, quaeso, praeteristi, quae semper rapiunt et volunt. M. Istae sunt, quae vota hominum observant atque honores numinum: non solum sollemnia, verum etiam extraordinaria requirunt, et parentum debita: si aliquid ad diem praesentatum non est, cum tormentis exigunt: hac atque illac totum per orbem juxta terras pervolant: digitos ad praedam exacuunt curvis timendos unguibus, semperque mensis advolant: quod contingunt, auferunt; quod relinquunt, polluunt. Istaec prodigia alere quam

pupillum] Canneg. *popellum.* *sollemnia*] C. Pith. in glossa *consuetudinaria*, equidem haec: *non sol. solemn. verum*, e glossa puto. *istaec*] C. Pith. et Paris. *ista haec*, quod in his Codd. passim invenitur. *alere*] C. Vet. et Ma. Grut.

formam glomerari, ut iniectos nummos sibi invicem praeripiant. — *vs.* 91. *nucés et sorba*] bellaria et poma duriora simiis gratissima. Similia fere adsunt apud Lucian. *merc. cond.* c. 6, et Catsium nostrum, *Sinnebeelden*, 52. — *vs.* 92. *Harpyias*] videntur *exactores vectigalium* hoc nomine indicari. Sed fieri potest etiam, ut auctor, prouti Iuven. VIII. 130. et Rutil. *Itinar.* II. 608, (qui inprimis ad h. l. conferendus est) universe Praefectos avaros iniquosque intelligat. — *rapiunt et vorant*] quam Harpyiarum naturam esse, antiqui mythologi tradiderant. Frigidius in edit. antiq. legebatur: *volant*. — *vs.* 93. *vota hominum*] curant ut qui, aliquid sibi exoptantes, votum fecerint, si quando voti damnentur, illud exsolvant. — *honores numinum*] Praefectorum *honoraria* (scil. dona). — *vs.* 94. *extraordinaria*] quae praeter tributa lege imposita insuper solvenda erant. Tale erat e. g. aurum illud *coronarium*, quod primum voluntatis, postea necessitatis erat; de quo cf. Vales. ad Ammian. XXV. 4. Etiam haec dona, quae videlicet voluntaria dicebantur, Harpyiae cum tormentis exigebant. — *parentum debita*] non tantum ipsorum civium debita, sed etiam ista, quae horum parentes olim debuerant, requirunt. Minus recte Canneg. *porrectationes* seu *sacra paren-*

Nam, si insuper núces et sorba, omnem popellum céperis.
Sv. Harpyias, quaeso, praeteristi, rapiunt semper quae et (vorant.
M. Haé sunt, quae vota hóminum observant átque honores (núminum;
Extraórdinaria etiám requirunt et parentum débita.
Ad diém si quid non práesentatum est, cúm tormentis (éxigunt.
Hac átque illac totúm per orbem iúxta terras pérvolant;
Exácuunt ad praedám timendos cúrvis digitos únguibus:
Sempérque mensis ádvolantes, quód contingunt, aúferunt,
Quód relinquunt, pólluunt.
Pródigia alere istaéc quam nosse málo, sed neutrúm placet.

An *vs.* 96, *Volánt per orbem : acuúnt ad praedam cúrvis digitos únguibus.* et seqq. *E ménsis auferúnt, quae tangunt, quaé relinquunt, pólluunt.* An vero *vs.* 98. *Sempérque mensis dum ádvolant, illa aúferunt, haec pólluunt;* ut explicatio sit e glossa.

---

tabla intelligere videtur. — *vs.* 95. *ad diem*] scil. certam, debitoribus praestitutam. Cf. Caes. *B. G.* VII. 77. — *praesentatum est*] i. e. oblatum. Verbum est recentioris Latinitatis: Appuleio (*Met.* VI. p. ed. Oud. 396.) et Victori (*de Vir. Ill.* c. 77. extr.) usurpatum. — *vs.* 96. *iuxta terras*] prope. Sic Virg. *Aen.* IV. 255. » *humilis* volat aequora *iuxta.*" — *pervolant*] celeriter feruntur. Sic infra vs. 163. *iam nunc pervola*, i. e. i propere. Usurpavit illud auctor ex more suae aetatis, qua hic verbi sensus communis fuit. Cf. Appul. *Met.* VIII. (Oud.) 547, Ammian. XXIV. 3, Auson. *Epist.* 21. 44. Schwartz ad Mamert. *Genethl.* c. 8. *Advolare* in celeritate notanda usurparunt etiam Classici: e. g. Cic. *ad Att.* I. 14, *ad Brut.* 10. 4; *revolare* supra ad Rutil. vs. 38: coll. infra V. 1. 14. Adde Vellei. II. 120 et 123. — *vs.* 100. *alere quam nosse malo*] malim avidam hanc auri sitim explere, quam eos *nosse*, i. e. expe-

nosse malo: sed neutrum placet. Sa. Noctivagas etiam praeteristi celeres, capripedes, hirquicomantes. M. Innumerabilia sunt haec prodigia; sed ignava et vilia: solum hoc est, quod sequuntur atque observant unice panem domini. Sr. Omnia sacra tute ipse improbasti: quaenam igitur praedicas? M. Quoniam simpliciter interrogastis, scitote inter istaec omnia nihil esse melius, quam ut aliqui fato nascatur bono. Q. Et ita suspicamur. Sed fatum ipsum qualiter tandem coli vel propitiari potest? M. Dicam. Genii sunt colendi, quoniam ipsi decreta fatorum regunt: isti sunt placandi atque exorandi; simulque si qua intra aedes latet mala fortuna, vincienda atque exportanda est. Q. Pulcre edepol doces, sed ut facilius nunc se-

---

valere, quod recipiunt Grut. Par. et Canneg. *noctivagas*] C. Vet. Pith. et Paris. *noctivagos*. *etiam praeteristi*] C. Vet. *praeteristi et*. *unice panem domini*] in C. Voss. et Pith. pro *domini* exstat *dm*. Par. l. *unice; Panem domini*. *quoniam*] C. Voss. et Pith. *qm*. *interrogastis*] C. Vet. *interrogasti*. *nascatur*] Par. *nascantur*. *coli vel*]

---

riri, exigentium minas ac tormenta sentire. Videatur fortasse alicui non inconcinna altera ista lectio *valere*. Sed ita laborat constructio, quae est (*illa*) valere, quam (*me*) nosse. Porro sic illud, quod sequitur, vi ac sensu caret, nisi hoc velit auctor, displicere sibi quoque, si Harpyiae valeant, i. e. bona valetudine utantur. Caeterum equidem propter vs. 50, 69, 84, haec potius a Sycophanta, quam a Mandrogero, dicta crediderim.

— *vs.* 101. *noctivagas — hirquicomas, celeres, capripedes*] possis fortasse cogitare de ignibus, quos Aristot. *Meteor.* I. 4. αἴγακς, Seneca, *N. Q.* I. 1. *Capras* vocat: malim tamen simpliciter intelligere *Satyros*. Obliquo sensu auctor vigiles, horridiore habitu insignes, satellites et milites respicere potuit. Utique in hoc genus hominum cadit maxime, quod mox unum in his prodigiis animadvertendum dicit, sequi ista unice panem domini. — *vs.* 103. *panem*] Imperatores quum olim frumentum distribuere solebant,

Sa. Noctívagas etiam praéteristi, hirquícomas, celeres, (cápripedes.
M. Pródigia haec sunt ínnumerabiliá, sed ignava et vília:
Sólum hoc 'st, quod sequúntur panem dómini ac servant (únice
Sy. Túte sacra omnia ínprobasti: quaénam igitur praédi- (cas?
M. Quia símpliciter me intérrogastis, scítote inter ómnia
Mélius esse níl, quam ut aliquis fáto nascatúr bono.
Q. Ita súspicor, sed ípsum fatum quí propitiárí potest?
M. Dicám. Colendi Génii, qui decréta fatórum regunt:
Ístí placandi atque éxorandi súnt; simulque, sí latet
Intra aédes, vinciénda atque exportánda fortuna ést mala.
Q. Púlcre edepol. Sed út facilius núnc sequamur ómnia,

Ad *ve.* 105. *Quam simpliciter intérrogasti! Scítote inter ómnia*

Aurelianus primus *panes* distribuit. Cf. Salm. ad *Hist. Aug. Scr.* II. 498. Attamen magis est, ut putemus poëtam universe expressisse, quod exhibet etiam nostrum adagium: *wiens brood men eet, diens woord men spreekt.* Egregie ad rem facit Menandri illud τὸ γὰρ τρέφον με τοῦτ' ἐγὼ κρίνω θεόν. (Reliq. p. 10. coll. p. 4. et Ter. *Phorm.* II. 2. 30.). Patronos a parasitis *Deos Geniosque* compellari vid. apud Plaut. *Capt.* IV. 2. 99. Men. I. 2. 29. — *vs.* 105. *simpliciter*] sine ambagibus, ingenue. — *scitote inter omnia*] qui in superioribus deprehendi posse videbatur, sensus interior (ἐσωτερικὸς), ab his et sequentibus; ut puto abest. Itaque haec etiam simpliciter capienda. — *vs.* 106. *ut aliquis fato nascatur bono*] Cf. Senec. *de Prov.* c. 5. Iuven. VII. 199. XVI. 4. Diligenter autem attende, quam artificiose

quamur omnia, da nobis experimentum tuae potestatis et sapientiae: quoniam ea, quae noveras, narrasti, nunc, si potes, ea quae nescis, dicito. M. Non equidem ex integro fieri istud potest: tamen accipite pauca, de quibus intellegatis cetera. Certe egomet neque mores, neque facultates vestras didici. Sa. Certum est. M. Tu, Sardanapalle, pauper es. Sa. Agnosco: verum tamen vereor, ne plures hoc sciant. M. Humili loco natus. Sa. Ita est. M. Ideo tibi contra regium nomen datum est. Sa. Ita aiunt. M. Homo es vorax, petulans et calamitosissimus. Sa. Heo, Mandrogerus, numquidnam hoc sum precatus, ut vitia enarres mea. M. Mentiri mihi non licet. Estne adhuc quod narrare me velis? Sa. Utinam ne istaec quidem de me locutus esses; si quidem, ulterius haec amicis dicito. Sy. Ego te, Mandrogerus, hoc exoro, futura nunc mihi ut enarres et ea tantummodo, quae sunt bona. M. Ego non possum nisi a capite exponere. Tu, Sycofanta, nobili et claro natus es loco. Sy. Ita est. M. Ab initio nequam. Sy. Etiam hoc

---

C. Vet. haec omitt. *sciant*] C. Paris. *sciat*. *contra*] C. Pith. adscr. *p. contrà-rium*. *non licet*] Ms. Grut. omitt. *non*. *estne*] C. Voss. *esne*. *adhuc quod*] C. Pith. et Paris. *adhuc aliquid quod*. *si quidem*] Canneg. *si quid*. *haec*] Canneg. *hoc*.

---

praestigiator propositum suum persequatur. Adde mox vs. 110. — *vs.* 112. *potestatis*] vaticinandi peritiam intelligit; quam *potestatem* dicit, quum videatur illa supra hominum naturam peculiari deorum dono in aliquem esse collata. — *vs.* 119. *contra*] ita Cic. *de Amic.* c. 24. » quod *contra* oportebat." — *vs.* 123. *amicis*] i. e. meis amicis, qui me norunt, neque meis vitiis offenduntur. Indignationem simulat, quod haec coram ignotis hominibus sibi exprobrentur. — *vs.* 125. *a capite*] ab initio omnia.

Potestátis nobis éxperimentum ét tuae da sapiéntiae.
Quoniám, quae noverás, narrasti, núnc, quae nescis, dícito.
M. Istúd quidem ex intégro fieri nón potest:
Accípite pauca tamén, de quibus intéllegatis caétera.
Neque facultates cérte vestras, néque mores, egó didici.
Sa. Certum ést. M. Tu pauper, Sárdanapale, es. Sa. 'Ag-
(nosco: verúm tamen
Veréor, ne plures hóc sciant. M. Humilí loco
Nátus. Sa. Ita est. M. Ideó tibi contra régium nomén da-
(tum est.
Sa. Ita áiunt. M. Homo voráx es, petulans ét calamitosís-
(simus.
Sa. Hea, Mándrogere, sumne hóc precatus, vítia ut enar-
(rés mea?
M. Mihi nón licet mentíri. Adhucne est, quód narrare mé
(velis?
Sa. Ne istaéc quidem utinam! Ultérius de me sí quid,
(amicis dícito.
Sy. Ego te hóc, Mandrogere, exóro, nunc futúra ut enar-
(rés mihi,
Et éa tantummodo, quáe bona. M. Nisi a cápite haud pos-
sum expónere.
Tu Sycophanta nóbili et claro loco natús es. Sy. Ita est.
M. Ab inítio nequam. Sy. Etiám confiteor: mánet hoc. M.
(Damna té premunt.

An *vs.* 122. M. *Mentíri non licet. 'Adhucne est, quód mé velis?*
vs. 126 et sqq. *Tu Sycophanta clâro natus és loco.*
Sy. *Ita ést.* M. *Ab initio néquam.* Sy. *Fateor: mánet hoc.* M. *Damna té premunt.*

— *vs.* 127. *manet hoc*] i. e. etiamnunc nequam sum; quod malim, quam ut dicas, confirmasse eum sic Mandrogeri verba: scilicet manere illa, in ipsas res, quae evenerant, rectissime convenire: non vero, uti saepe magorum verba,

confiteor: manet. M. Damna te premunt. Sy. Verum est. M. Periculum saepe tibi incumbit igni, ferro, flumine. Sy. Pulcre edepol omnia narravit, quasi qui mecum vixerit. M. Datum tibi est de proprio nihil habere. Sy. Intellego. M. Sed de alieno plurimum. Sy. Iam istud nobis sufficit. Nunc illud te quaesumus, ut etiam huic responsa tribuas, homini minime malo. M. Ita fiat. Heus tu, amice, tun' Querolus diceris? Q. Dii te servent, ita est. M. Quid horae nuncupamus? Sy. Inter sextam et tertiam. Q. Nihil fefellit: de clepsydra respondisse hominem putes. Hem, quid igitur? Mars trigonus, Saturnus Venerem respicit, Iuppiter quadratus, Mercurius huic iratus, Sol rotundus, Luna in saltu est. Collegi omnem iam

---

heus tu] C. Pith. *heus te.* *tun'*] C. Vet. *tu*, C. Pith. et Paris. *ne.* *horae*] C. Paris. *orae.* Sy. *Inter*] delet Canneg. personam. Q. *Nihil*] C. Pith. habet Mand. *Nihil.* *clepsydra*] C. Pith. suprascr. *i. horologium aquaticum.* *Mars trigonus*] haec et ea, quae sequuntur, Canneg. a Mandr. referri putat: cui adsentior. *huic*] Luitprand. qui haec mutuatus est (*res ab Eur. Imp. gest.* l. I. c. 3.), exhibet *tibi.* *est. Collegi* usque ad *Querole*]

---

frustra evanescere. — *vs.* 132. *responsa*] proprium in vatibus, cf. supra I. 1. 22, et 3. 2. mox vs. 135. — *vs.* 134. *quid horae nuncupamus*] quasi meditabundus de genethliacis Queroli numeris, suspenso paululum responso, semet ipse interrogat; quam dicamus tibi *horam natalem* fuisse? Quo sensu *hora* reperitur apud Senec. *Apocol.* init. (» horam eius nemo novit"): Iuven. XVI. 4, Spartian. in Sev. *H. A. Scr.* I, p. 592, alios. — *inter sextam et tertiam*] ita meditatione videlicet confirmatus edit iam istud suum responsum: in quo equidem pro *tertiam* nescio an legendum sit *septimam.* Etenim non possum, quin suspicer auctoris menti obversatum esse illud Senecae de Claudio in coelum abeunte (*Apocol.* init.) » *Horam non possum tibi*

Sy. Verum ést. M. Periclum saépe incumbit ígni, ferro, (flúmine.

Sy. Púlcre edepol narrávit omnia, quási qui mecum víxerit.

M. De próprio habere níl tibi datum. Sy. Intéllego.

M. Séd de alieno plúrimum. Sy. Iam ístud nobis súfficit.

Nunc quaésumus, huic etiam út responsa dés homini mini- (mé malo.

M. Ita fíat. Heus tu, amíce! Querolus díceris.

Q. Ita ést. M. Quid horae núncupamus? 'Inter sextam et (tértiam.

Q. Níl fefellit: dé clepsydra réspondisse hominém putes.

Quid ígitur? M. Mars trigónus est, Satúrnus Venerem (réspicit.

Iúpiter quadrátus est, Mercúrius huic irátus est,

Sól rotundus, Lúna in saltu est. 'Omnem iam genesím tuam

An vero *vs.* 137. *Est Iúpiter quadrátus, est irátus Mercuriús tibi*: et 138. ex Luit.
quando sic: *Rotúndus Sol, in sáltu Luna. Méla fortuna tí promít.*

» *certam dicere .... Tamen inter sextam et septimam erat.*" — *vs.* 135. *fefellit*] lapsus est. — *de clepsydra*] ad clepsydram, quasi horam ipsa clepsydra indicatam conspexisset. — *vs.* 136. *quid igitur?*] iam perge narrare, quomodo tunc sidera fuerint disposita, quaenam fuerit, quam dicunt mathematici (cf. e. g. *Hist. Aug. Scr.* I. 229, Ammian. XXIX. 17.), illius horae *constellatio*. — *Mars trigonus*, caet.] iam sequitur constellationis descriptio. Conf. de his, si tanti est, Censorinus, *de Die Nat.* passim, et quae Reimerus promsit ex Astrologica scientia in Mitscherlichii *Analect.* ad Horat. *Carm.* II. 17. Luitprandus, qui haec transtulit in suum librum *de reb. ab Eur. princ. gest.* I. c. 3, auctoris mentionem nullam fecit, sed mediae narrationi cuidam de Imp. Leone, vigilum alacritatis fideique experimentum sumente, tanquam sua intexuit. — *vs.* 137. *Iupiter*] qui Saturni malignum sidus temperet. Cf. *Pers.* V. 50. — *vs.* 138. *genesim*]

genesim tuam, Querole: mala fortuna te premit. Q. Agnosco. M. Pater nihil reliquit: amici nihil largiuntur. Q. Verum est. M. Vis totum audire? Vicinum malum pateris, servum pessimum. Q. Agnosco omnia. M. Vis et nomina servulorum tibimet etiam nunc eloquar? Q. Audire cupio. M. Servus tibi est Pantomalus. Q. Verum est. M. Est alter Zeta. Q. Manifestum est. Sy. O sacerdotem divinum! M. Visne adhuc amplius? Scisne a me domum tuam ignorari. Q. Maxime. M. Porticus tibi est in dextra, ut ingrediaris sacrarium e diverso. Q. Ita sunt omnia. M. In sacrario tria sigilla. Q. Verum est. M. Tutelae unum, Geniorum duo. Q. Iamiam comprobasti potestatem ac disciplinam: nunc remedium promito. M. Ubi celeriter consuli potest et sine sumptu ac mora: sacrarium certe solum ac secretum est. Q. Ita. M. Certe nihil est illi conditum. Q. Nihil praeter sigilla. M. Solemnitas quaedam ibidem celebranda est: sed religio tecum omnes exclusit foras. Q. Ut libet. M. Religio per extraneos celebran-

---

haec omitt. Luitpr. *premit*] C. Voss. *pmt.* *servulorum*] C. Pith. et Paris. *famulorum.* *M. Visne*] Par. om. personam. *ut ingred*] Canneg. *unde ingred.* *iamiam*] C. Vet. Pith. et Paris. *iam*, ad C. Voss. adscr. *iam tuam* (manu Voss.?) *promito*] C. Vet. *promitte.* *ubi*] Ritt. et Par. *tibi.* *Ita*] Canneg. *Ita 'st.* *illi*] C. Pith. et Par. *illic*, quod recepit Canneg. *exclusit*] C. Vet.

---

cf. Suet. *Vesp.* 14. Iuven. VI. 579, XIV. 247. Alii labentis Latinitatis scriptores *genituram* dicunt. Cf. Eutrop. VII. 24. ibique Intt. Ammian. XXIX. 1 et 2. — *vs.* 146. *porticus*] vide supra ad Sc. I. vs. 52. — *vs.* 147.

Collégi, Querole. Mála fortuna te prémit.

Q. Agnósco. M. Nil patér reliquit; amíci largiuntúr nihil. Vis tótum audire? Malúm vicinum páteris, servum pés- (simum.

Q. Agnósco. M. Vis et sérvulorum nómina nunc tibi (éloquar?

Q. Audíre cupio. M. Sérvus tibi Pantómalus. Q. Verum (est. M. 'Alter est

Zeta. Q. Manifestum est. Sy. 'O divine sacérdos. M. Vis- (ne etiam ámplius?

Scisne dómum a me tuam ígnorari? Q. Máxime.
M. Ut íngrediare, pórticus in dextra ést tibi,
Sacrárium e divérso. Q. Sunt ita ómnia.
M. Sacrário tria sigílla: unum Tutélae, Geniorúm duo.
Q. Iam cómprobasti dísciplinam: núnc remedium prómito.
M. Tibí celeriter cónsuli potést et sine sumtu ác mora.
Sacrárium certe sólum ac secretúm 'st? Q. Ita.
M. Nihil ílli conditum ést? Q. Praeter sigílla nil.
M. Ibídem quaedam célebranda est solémnitas:
Sed réligio tecum ómnes excludít foras.
Q. Ut líbet. M. (Et) est celebránda pér extraneos ea.

---

e diverso] contra, e regione. Cf. supra II. 1. 39. Vell. Pat. II. 101, Iustin. XXX. 4. 6. — *vs.* 148. *Tutelae*] aedium vel ipsius hominis. Vid. Petron. c. 57, ibique Intt. Igitur hic Deus haud multum a Geniis diversus est. — *vs.* 150. *tibi*] ita muto, auctore Rittersh. Attamen, etsi *ubi* loco non moveatur, sensus sibi constat, modo personam Mandrogeri non huic, sed sequenti versui, adiungamus. — *vs.* 152. *illi*] non sollicitanda est vocula. *Illi* pro *illic* etiam usurpat Plaut. *Capt.* II. 2. 73 et 91, *Poen.*

da est. Q. Ita fiat. M. Si quosnam possumus nunc invenire tam cito, optimum erat atque opportunum, isti si vellent operam nunc tibi dare. Q. Quaeso, amici, officium nunc et religionem impendite: ego quoque si opus fuerit, vobis operam praestabo meam. Sy. Nihil quidem istinc novimus: sed si ita facto opus est, fiat. Sa. Inhumanum est votis operam denegare. M. Bene dicitis: ambo estis boni. Q. Pro nefas! mene quasi ex consilio non solum fore? Hem, Pantomale, celeriter iam nunc pervola, et arbitrum vicinum nostrum, ubicumque iam nunc reppereris, usque ad nos pertrahe. Sed novi egomet te: vade iam nunc et cauponibus tete hodie colloca. M. Nescis, Que-

---

Pith. et Paris. et edit. Parei *excludit.* *quosnam*] Canneg. *quos iam.* *si ita facto*] Par. omitt. *si.* *non sol.*] C. Camer. et Pith. *nunc s.*, quod fuit etiam antea in alio Cod. Vet. Recipiunt illud Koen. et Par. Canneg. vero f. *hic.* *arbitrum*] C. Pith. suprascr. *iudicem.* *iam nunc*] C. Vet. *nunc iam.* *colloca*] Grut. f. *loca*, quam lectionem improbat Salmas. *de mutuo*, p. 572.

I. 2. 130, *Pers.* IV. 9. 9. Ter. *Hec.* I. 2. 19, alibi. — *vs.* 156. *si quos nunc possimus*] optantis ac deliberantis. His verbis prohibet, quominus mox, ubi Sycophantae et Sardanapali auxilium petit, Querolo oriatur suspicio, ob dissimulatam quandam causam eum specialiter istos homines sibi socios petere. Quodsi fortasse legendum sit *si quos non possimus* (in Codd. enim et *nunc* et *non* per $\bar{n}$ significari solet) sensus eo magis erit perspicuus: si quos (alios) invenire non possimus, *isti* (δεικτικῶς de praesentibus) opem ferant. — *vs.* 157. *erat*] cf. supra ad I. 2. 135. — *vs.* 158. *et religionem*] pietatem in Deos, curam sacrorum. Non absurdum tamen videtur auctorem dedisse: officium *ad* religionem (i. e. solemnitatem procurandam), uti supra (II. 1. 5.) *ingenium ad lucrum.* — *vs.* 159. *ego quoque — operam praestabo meam*] versus ad exemplum Plauti *Epid.* I. 1. 2a. — *vs.* 160. *istinc*] de istis, rebus sacris nempe. — *fiat ita, si facto est opus*] Cf.

Q. Ita fiat. M. Si quos nunc possimus invenire tam cito,
Optimum erat atque opportunum, si vellent si operam dare.
Q. Quaeso, amici, officium nunc et religionem impendite,
Ego quoque si opu' fuerit, vobis operam praestabo meam.
Sr. Nil quidem istinc novimus, sed fiat ita, si facto est opus.
Sa. Non humanum est votis operam denegare. M. Ambo (boni!
Q. Pro tefas! quasi ex consilio mene nunc solum fore?
Hem, Pantomale, celeriter iam nunc pervola,
Et arbitrum vicinum nostrum ubicunque (eum)
Iam nunc reppereris, usque ad nos (huc) pertrahe.
Sed novi ego te; vade et cauponibus hodie tete colloca.
M. Nescis, fatum ac decretum, Querole, momentis regi?

An vs. 166. *Sed novi te. Vade et cauponibus te loca.*

Ter. Heaut. II. 2. 118. — *vs.* 162. *mene nunc solum fore*] semet ipse ut imprudentem obiurgat, quod neminem sibi adsumserit socium et consiliarium. Nam » nemo solus satis sapit (Plaut. *Mil.* III. 3. 12). — *vs.* 163. *Hem, Pantomale*] servum ex aedibus evocat. — *pervola*] cf. supra ad vs. 96. — 164. *arbitrum*] non puto, quod Grut. affirmat, esse hoc proprium viri nomen: vid. infra V. 3. 44. Sed videor mihi deprehendere istum Plauti morem, ut, si qua persona munere suo aut conditione satis a caeteris distincta esset, non aliud nomen adderet. Obtinet illud, ut mittam *coquos*, *lenones*, *pueros*, in *Asin. Epid. Bacch. Men. Poen. Pers. Rud. Trin.* in quibus videantur indices personarum. — *vs.* 166. *cauponibus*] in cauponis et popinis otiosorum servorum ludi et confabulationes erant. Cf. infra Sc. IV. 98, et Plaut. *Poen.* prol. 41. — *colloca*] te totum iis trade, tanquam si iisti cauponi operas tuas per hanc diem conduxissent. — *vs.* 167. *fatum ac decretum*] i. e. deorum decretum. Cf. supra vs. 108. et I. 1. 3. — *momentis*]

role, fatum ac decretum momentis regi? Q. Quid igitur? M. hora est, synastria, istaec mihi placet: nisi iam nunc aliquid geritur, frustra huc venimus. Q. Eamus igitur, intus. M. Tu praecede: nos tecum sumus. Hem, quod exciderat, estne aliqua tibi arcula inanis? Q. Non una quidem. M. Una tantum est opus, in qua lustrum illud exportetur foras. Q. Ergo et claves largior, ut inclusa excludatur calamitas. M. Omnia sunt peracta, quod bonum, faustum felixque sit huic domui. Nos praesto sumus.

PANTOMALUS, *servus.*

Omneis quidem dominos malos esse constat, et manifestissi-

---

fatum] C. Voss. Pith. et Paris. *factum*, quod suadet Ritt. reponit Par. Saepissime haec vocabula in membranis confundi, docuit Duker, ad Flor. *praoem.* p. 3. *momentis regi*] C. Voss. Pith. et Paris. *monentis rei*. C. Pith. et Paris. suprascr. *i. imminentis. Hora est, synastria istaec*] C. Voss. et Pith. *Hora est synastria. Istaec*. C. Pith. suprascr. *constellationaria. Ergo*] C. Pith. *Ego. paratus*] Grut. et Par. *parata. sit huic domui. Nos*] C. Pith. *sit. Huic domui nos.*

---

momentum absoluta ratione scriptum de temporis puncto reperitur etiam apud Ovid. *ex Ponto*, III. 5, 47, Liv. III. 63 et 70, Sen. *N. Q.* III, 27, alios. Sed h. l. in mathematicorum scientia proprio et antiquo sensu quae *movimento* dictum videtur. Nam continuo siderum motu constellatio, sive, uti hoc loco rariore forma (vid. Du Cange) dicitur, *synastria* singulis temporis punctis mutatur. Igitur constellationem horae natalis uno temporis momento contineri, pertinaciter tuebantur mathematici: quos videsis Gregorium, *Homil. X. de div. lect. Euang.* Caeterum hoc monito prohibet Mandr., quominus extraneus aliquis accedat, qui fraudes eius perspiciat. — *vs.* 168. *hora*] punctum temporis ad volendam natam fortunam faustum et opportunum. — *vs.* 170. *intus*] intro. Cf. infra IV. 1, 19,

Q. Quid ígitur? M. Hora est: míhi synastria haéc (placet.
Nisi iám nunc aliquid géritur, frustra huc vénimus.
Q. Eámus igitur íntus. M. Tu praecéde: nos tecúm sumus.
Hém! quod exciderát, tibine est áliqua inanis árcula?
Q. Non úna quidem. M. Una opus est, in qua illud lústrum (exportetúr foras.
Q. Et cláves largiór ego, inclusa ut excludatur cálamitas.
M. Omnia parata súnt: huic domui quód bonum,
Faustúm felixque sít. Nos tibi praestó sumus.

SCENA IV.

PANTOMALUS.

Esse malos dominos ómnes constat, ídque manifestíssimum (est:

An *vs.* 174. *Huic dómui quod bonúm, faustum, felixque sit,*
Omnia parata súnt tibi: nos praestó sumus.

V. 2. extr. et supra ad I. 3. vs. 25. Add. Plaut. *Cas.* V. 2. 7. Caes. *B. C.* III. 26. — *tecum sumus*] te sequimur. — *vs.* 172. *lustrum*] purgamenta, quibus piaculum factum sit (λύματα). Cf. infra III. 1. 14. Ritt. utroque loco ipsum *malum omen*, quod lustrandum erat; Canneg. *scelus lustrandum* intelligit. — *vs.* 173. *claves largior*] instrumenta praebeo, quibus calamitas, quae in aedibus inclusa erat atque habitabat, expellatur. — *excludatur*] scil. ex aedibus; quo sensu verbum adest apud Ter. *Andr.* II. 3. 12. — *vs.* 174. *quod bonum*, caet.] ita Plaut. *Cas.* II. 6. 30 et 50. *Trin.* I. 2. 3.

Scena IV. Caeteris in aedes discedentibus, solus in Scena restat Pantomalus, qui iam e servili ingenio atque oratione vernili lepidissimam exor-

mum est: verum satis sum expertus, nihil esse deterius meo. Non quidem periculosus ille est homo, verum ingratus nimium et rancidus. Furtum si admissum domi fuerit, execratur tamquam aliquod scelus: si destrui aliquid videat, continuo clamat et maledicit quam male. Sedile, mensam, lectum si aliquis in ignem iniciat, festinatio nostra ut solet, etiam hinc queritur. Tecta si percolent, si confringantur fores, omnia ad se revocat: omnia requirit: hercle hic non potest ferri. Expensas autem rationesque totas propria perscribit manu: quicquid expensum non docetur, postulat reddi sibi. In itinere autem quam ingratus atque intractabilis! Quotiens autem est antelu-

---

domi fuerit] C. Pith. et Paris. *fuerit domi.* *destrui*] C. Vet. Pith. et Paris. *destitui:* C. Voss. et, qui Rittershusio dicitur, *alius C. V.* (an idem?) *destui.* Vossius in margine C. Voss. multis commendat lectionem *destitui.* *videat*] C. Pith. et Paris. *viderit.* *percolent*] C. Voss. in marg. (an ab ipso Vossio?) *si pluvia transfundantur.* *ferri*] C. Paris. *fieri.* *ingr. atque*] Par. *ingr. aut.* *autem est*] C. Voss. Pith. et Paris *est autem.* *antelucandum*]

---

ditur descriptionem vitae servorum domesticae artiumque, quas illi adversus dominos moliantur: qualem huiusce hominum generis adumbrationem non facile aliud antiquitatis monumentum exhibebit. Tantum illud notandum videtur, auctorem, pauperis sui Queroli, cui duo, vel tres essent servi, oblitum, ampliorem familiam ac rem familiarem descripsisse, quam quae in modicas istas facultates caderet. — *vs.* 2. *deterius meo*] queritur de hero suo servus etiam apud Plaut. *Amph.* I. 1. 9 seqq. coll. *Aul.* suppl. — *vs.* 3. *periculosus*] ut supra Sc. III. vs. 89. Dictio bonae notae est. — *rancidus*] fastidiosus, cui omnia *rancida* videntur, et nauseam taedium-que movent; quam significationem multis exemplis confirmat Iuret. ad Symm. *Epist.* I. 83. *Rancere* et *rancor* (unde Francicum: *rancune*) de ira exhibet

Verum satis expértus sum nil ésse deterius meo.
Non homo ille periculósus, verum ingrátus nimis et rancidus.
Furtum si admíssum fúerit, exsecrátur tanquam aliquód (scelus;
Si déstrui aliquid vídeat, clamat ét maledicit quám male:
Sedile, mensam, léctum, si quis, út solet,
Féstinatio nóstra, in ignem iníiciat, hinc queritúr quoque.
Téeta (forte) sí percolent, cónfringantur sí fores,
Ad se ómnia revocát, requirit: hércle hic ferri non potest.
FO. Expénsas rationésque totas própria perscribit manu?
Expénsum quidquid non docetur, postulat reddi sibi.
In itinere autem quam (ille) ingratus ést atque intractábilis?
Quotiéns est antelúcandum, vinó prius,

An *vs.* 7, et 8. *Festinatio nostra, igni iniiciat, tecta si Percólent, (forte) cónfringantur si fores,*

Du Cange, Gloss. — *vs.* 5. *destrui*] frangi, corrumpi. Durius apud Vell. Pat. II. 48. fortuna Pompeium destruxisse dicitur. — *clamat*] Cf. infra vs. 40 sqq. Herus, qui nimis hinc irascitur, reprehenditur a Theophr. *Charact.* περὶ μικρολογίας (ed. Schneid.) XVIII. 2. — *vs.* 8. *percolent*] exquisite et eleganter de tectis, quae male sarta sunt, et ab omni parte pluviam transmittunt. Vulgarius est *perpluunt.* Cf. Plaut. *Most.* I. 2. 36, *Trin.* II. 2. 41. — *confringantur*] vehementius pulsantibus septis rimas ducant et scindantur. Vid. e. g. Plaut. *Stich.* II. 2. 1 sqq. coll. I. 39. — *vs.* 10. *expensas rationesque*] expensarum rationes. — *vs.* 11. *postulat reddi sibi*] Cf. Theophr. περὶ αἰσχροκερδ. XV. 5. — *vs.* 13. *antelucandum*] novum verbum ex *antelucanus.* — *vino prius*] quoniam in multam noctem bibentes sero decubitum eunt, mane

candum, primum vino, dein somno indulgemus: hinc primum est iurgium. Post autem inter somnum et temetum necesse est, ut sequantur plurima: turba trepida, perquisitio iumentorum, custodum fuga, mulae dispares, iuncturae inversae, mulio nec se regens. Huic rei prorsus nova in itinere culpa. Quando autem aliud fuit, fit paulisper patientia: totum istud emendat mora. At contra Querolus causam ex causa quaerit: aliud ex alio ligat: movere inutile carpentum non vult, ipse animal debile: continuoque clamat, quare istud non suggessisti prius? quasi ille prius videre hoc non potuerit. O iniqua dominatio! Ipse autem si culpam fortassis advertit, dissimulat et tacet, et tum litem intendit, quando excusatio nulla iam subest, ne postea succurrat illud, iam volebam facere: iam volebam dicere. Iam quotiens ultro citroque extrudimur, necesse

---

Par. *anteluoanum*, C. Pith. in glossa *ante lucem surgendum*. *temetum*] C. Vet. Voss. Pith. et Paris. *metum*, quod probant Dan. et Par. *trepida*] Ritt. et Par. *trepidatio*. *huic rei prorsus*] muto *hinc rursus*, quod fortasse in antiquiore Cod. ita exaratum fuerit *hunc rs|rsus*, lineola ista casu aut metri indicandi gratia intermissa: nulli autem fere in Vett. Codd. apices supra litera *i*. Istinc librariorum error. *ligat*] Canneg. f. *litigat*. *movere*] Ritt. f. *nova re* vel *moveri*. *tum litem intendit*]

---

servi somnolenti sunt. — *vs.* 15. *motum*] ita coniicio. *Temetum* enim ferri nequit. Nam ut pro prandio habeatur, vix sinit vocabuli significatio. Motum autem intelligo, quando, omnibus paratis, comitatus praesto est, ut iter incipiat (Franci: *se mettre en train*). Similiter mox vs. 21. intelligo *moveri*. — *vs.* 16. *turba trepida*] quando servitium subito e somno excitatum huc illuc discurrit, ac prae festinatione nihil agit. Cf. Flor. III. 10. 17. ibique Intt. — *custodum fuga*] quando servi, quibus cura iumentorum erat mandata, fugam inierunt, ut libertatem capesserent: nisi

Dein índulgemus sómno: hinc primum est iúrgium.
Post sómnum inter motúmque necesse est, út sequantur (plúrima:
Turba trépida, iumentórum perquisítio, custodúm fuga,
Iunctúrae inversae, múlae disparés, mulio nec sé regens,
Hinc rúrsus nova in itínere culpa. (Iter) aútem quando aliús (facit,
Patiéntiâ paulísper istud tótum emendat (ét) mora!
At Querolus causam ex caúsa quaerit, áliud ex alió ligat:
Carpéntum non movéri inútile vúlt neque ánimal débile,
Clamátque continuó: quáre istud nón suggessisti prius?
Quasi ille vidére hoc priu' non potuérit. Iniqua ó dominátio!
Ipse aútem si fortásse advértit, díssimulát culpam ét tacet,
Et lítem intendit túm, quando excusátio nulla iám subest,
Né succurrat póstea illud: iám volebam dícere.
Iam quótiens ultro extrúdimur, remeáre necesse est ád diem.

---

potius vocabulo *fuga* tantum intelligamus clandestinum abitum eorum, qui, neglectis domini iussis, alicubi in cauponam se contulerint. — *vs.* 17. *iunctúrae inversae*] quando ab imperitis aut properantibus iugorum lora transverse iuncta et constricta sunt. Laudat hunc locum Salmas. ad *Hist. Aug. Scr.* I. 420. — *dispares*] non iugales. — *nec se regens*] propter temulentiam. — *vs.* 21. *carpentum inutile*] intelligo illud, quod ad usum non valeat, quoniam nescio quid in eó fractum ruptumve sit. Querolus autem postulat, ut talia reiiciantur, et sola carpenta integra, iumenta sana validaque, admoveantur: quodsi autem, incepto itinere, pateat, parum recte ea fuisse procurata, continuo clamat: *quare*" caet. — *vs.* 23. *ille*] sic peculiariter dominus a servis nuncupatur. Cf. e. g. Ter. *Eun.* IV. 4. 55. Iuven. III. 264. Non pugno tamen, quin h. l. *ipse* reponatur. — *vs.* 27. *ultro extrúdimur*] ex aedibus aliquo mittimur. Cf.

est remeare ad diem. Atque ut agnoscatis penitus artem hominis pessimi, unam semper ultra iustum nobis largitur diem, ut ad praescriptum revertamur. Nonne iste irarum causas quaeritat? Nos autem semper, quicquid libet aliud alio fuerit tempore, illam nobis specialiter diem tribuimus, qua redituri sumus. Itaque dominus, qui falli sese non vult neque decipi, quem Kalendis velit adesse, redire iubet pridie. Illud autem quale est, quod temulentum execratur, atque agnoscit quam cito? modum qualitatemque vini in voltu et labiis primo conspectu videt: falli se prorsus non volt, neque circumveniri, ut solent. Quisquamne huic possit bene aut servire aut obsequi? calidam fumosam non volt, neque calices unguentatos. Quaenam

---

C. Par. *cum l. i.* Ms. Grut. *licet tendit.* *atque ut* usque ad *largitur diem*] haec ex editione Pareana exciderunt. *artem*] in C. Voss. exstat tantum *em:* in marg. adscr. est *ar vel mentem.* *causas*] Ms. Grut. omitt. *quaeritat*] Ms. Grut. *quaerit.* *quicquid libet*] Ms. Grut. a secunda manu *quid libet.* — *redituri sumus*] C. Paris. *redituri simus.* *quale*] Ms. Grut. omitt. *calidam*]

Appul. *Met.* IV. p. 180. — *vs.* 29. *iustum*] tempus iussu domini servis praescriptum. — *largitur*] scil. bene sciens, servos de industria sero redire, iubet eos redire pridie illius diei, qua vult illos domi adesse. Cf. ea, quae mox leguntur. — *vs.* 30. *irarum*] *lites* intelligit Henr. Canneg. *Rescr. Boxh.* XXVII. p. 479, ubi affert Catonis *Dist.* I. 36. et IV. 34. Sane non aliena est haec significatio, nec tamen tum in Catone, tum hoc loco, proprius vocabuli sensus omittendus est. Nam si Querolus ipse irascatur, servorumque iras excitet, sponte existunt litigia. — *vs.* 37. Prope est ut hunc versum, tanquam e repetitione versus 33 natum, pro spurio expungamus. — *vs.* 39. *unguentatos*] Cf. Horat. *Serm.* II. 4. 78, et fortasse etiam II. 2. 68; deinde, qui elegantissime eandem sententiam exposuit

'Atque ut agnoscátis penitus ártem hominis péssimi,
'Unam semper últra iustum nóbis largitúr diem,
30. Ad praéscriptum ut redeámus. Nonne irárum is causas quaé-
Nós autem, quidquíd libet aliud álio fuerit témpore, (ritat?
'Illam nobis diem tribuimus, quá reversurí sumus.
'Itaque dominus, quí se falli nón vult, neque se décipi,
Quém Kalendis vélit adesse, iubét redire prídie.
35. Quale ést, quod temuléntum agnoscit et éxsecratur quám
(cito:
Modúmque vini in vúltu et labiis prímo conspectú videt.
[Se fálli prorsus nón vult, neque circúmveniri, alii út solent.]
Quisquámne huic possit béne servire aut óbsequi?
Nón vult calices únguentatos, fúmosam nequé calidam.
40. Quaenám sunt hae delíciae! Contusum úrceum

An vs. 36. *Vim modumque in vúltu et labiis prímo conspectú videt.*
An vs. 40. *Quaénam sunt hae déliciae!*
Contúsum urceolum et frúctum, oenophorum exaúriculatum et sórdidum,

---

Boileau, *Sat.* III. *des verres ...*
Où les doigts des laquais, dans la crasse tracés,
Témoignoient par écrit, qu'on les avoit rincés.

— *fumosam*] quae lignorum carbonumque fumum sapiat, non vero (quae est Rittershusii opinio) quae fumum exhalet. — *calidam*] calidam sive caldam (scil. aquam) Romanis in deliciis fuisse, notum est. Cf. Lipsius, *Elect.* I. 4, et scriptt. laudd. in edit. Plaut. Taubmanniana ad *Trin.* IV. 3. 6. Hinc frequens *thermopoliorum* mentio, et, quod saepe commemorantur *servus a calida* (Inscr. apud Spon.), *caldae gelidaeque minister* (Iuven. V. 63.) et *caldarius*, Vet. Gloss. θερμοδότης. Non video, cur cum Grutero huius potionis mentionem ab aevo nostri scriptoris alienam censeamus. — *vs.* 40. *deliciae*] delicati hominis fastidia (*fadaises*). Martial.

sunt hae deliciae? urceolum contusum et infractum oenoforum exauriculatum et sordidum, ampullam truncam limosamque densis fultam cerulis, non simpliciter intuetur: bilem tenere vix potest. Iam excogitare nequeo, quid sit, quod tam pravis placere possit moribus. Vinum autem corruptum tenuatamque lymphis continuo intellegit. Solemus etiam vinum vino admiscere: numquid adulterium dici hoc potest, cum lagaena vetere castrata suco rursus completur novo? Etiam hoc Querolus crimen indignum putat et ut est nequitia, suspicatur hoc statim. Ipsum etiam paxillum argenti levibus tensum tympanis limari commutarique semper credit, quia factum est semel. Quantula est autem discretio? In argento certe unus est color: nam de solidis mutandis mille sunt praestigia: muta, remuta facimus,

---

C. Vet. in marg. *vel patenam*, unde Grut. *patinam*. *sunt hae*] C. Voss. Pith. et Paris. *hae sunt*. *contusum*] C. Vet. *contunsum*. *bilem*] C. Pith. adscr. *amaritudinem fellis*. *tam pravis*] glossa videtur ex *his*. *possit moribus*] C. Pith. et Paris. *moribus possit*. *hoc potest*] C. Camer. omitt. *hoc*, quod eliminat etiam Par. *suco*] C. Pith. adscr. *i. vino*. Ritt. Grut. et Par. *sacco*. *paxillum*] C. Vet. Pith. et Paris. *pauxillum*, quod suadet Canneg. *tympanis*] C. Pith. et Paris. *triumphanis*, in glossa *i. foliis*. *solidis*] C. Pith. adscr. *numis vel denariis*. *mille*] C. Vet. et C. Voss. *nullae* an *milae*? *muta, remuta*] C. Paris. *mutare muta*. *facimus*] C. Pith. in gl. *i. dicimus*; Canneg. *facinus*.

I. 15, II. 6, XII. 76. Iuven. VI. 47. — *vs.* 41. *exauriculatum*] novum verbum de vase, cui praefacta est auris, i. e. ansa. — *vs.* 42. *limosam*] sordidam. Cf. Horat. *Serm.* II. 4. 80. — *cerulis*] Romanis cera in usu erat ad oblinendas rimas. — *vs.* 46. *adulterium*] recte. Nam adulterant vinum, qui, aqua vel deteriore vino admisto, eius vim diluunt. Plaut. illud *infuscare* dixit: *Cist.* I. 1. 21, coll. *Mil.* II. 6. 46.

Aut fráctum, oenophorum exaúriculatum et sórdidum,
Ampúllam truncam límosamque dénsis fultam cérulis,
Nón simpliciter íntuetur; bílem regere víx potest.
Excógitare néqueo, quid placére his possit móribus.
Corrúptum tenuatúmque lymphis vínum extemplo intéllegit.
Vinúm vino admiscére numquid adúlterium dicí potest,
Castráta succo vetere lagena rúrsus cum inpletúr novo?
Hoc étiam Querolus crímen indignúm putat,
Et, út nequitia est, súspicatur hóc statim.
Ipsum etiam pauxíllum argenti, lévibus tensum tympanis,
Limári mutaríque semper crédit, quia factum ést semel.
Quántula est discrétio! In argentó certe unus ést color:
Mutá, remuta fácinus, hoc (tamén) mutari nón potest.

An *vs.* 43. *Non íntuetur símpliciter: víx sé tenet.*
An *vs.* 53. *Mutá, remuta, isthóc mutari nón potest.*

— *vs.* 47. *castrata succo*] audacior imago (cf. Cic. *de Orat.* III. 41.), sed quae propriam hic vim habet: nam vetus vinum longe robustius novo. Caeterum non sollicitanda videtur lectio *succo*. Vide tamen Plin. *H. Nat.* XIX. 4. — *vs.* 50. Non cogitandum est de veris tympanis, quae argenteo *paxillo* tendantur. Indicare videtur auctor *pauxillum* argenti, seu leves istas tenuesque argenteas laminas, quas in nummis, quales serior Romanorum aetas feriit, offendimus. — *vs.* 52. *quantula est discretio*] *discretio* inusitatius pro *discrimen*. Sensum hunc putavi: quam parvum est discrimen inter verum pretium argenti integri et adulterati: quantulum lucri faciunt adulteratores argenti; namque *argento certe unus est color*, qui perit, simulatque aliquid vel aeris vel plumbi admisceatur. — *vs.* 53. *muta remuta facinus*] quascunque etiam artes in facinore adulterandae monetae

et hoc mutari non potest. Has saltem distingui non oportet tam gemellas formulas. Quid tam simile quam solidus solido est? Etiam hic distantia quaeritur in auro, voltus, actus et color, nobilitas, litteratura, patria, gravitas, usque ad scriptulos quaeritur, in auro plus quam in homine. Itaque ubi aurum est, totum est. Hoc ante Querolus ignorabat: sed mali perdunt bonos. Ille autem arbiter, ad quem nunc eo, quam sceleratus est homo? Servis alimenta minuit, opus autem plus iusto im-

---

et hoc] C. Pith. in glossa *s. argentum*. Est hic locus obscurus, cui nescio an facilius haec afferri possit medicina, ut cogitemus duos hosce versus casu quodam vel negligentia librariorum inverso ordine descriptos esse. Cf. adnotationes. *quid tam* usque ad *in homine*] hunc locum transcripserunt Cuiacius, *Obs.* X. 14, Marq. Freher. *Parerg.* I. 14. et Taubm. ad Plaut. *Epid.* V. 1. 4o. Sed pro *quid tàm* exhibent *etsi nihil sit tam*. Porro *etiam hic*] Cuiac., Freher. et Taubm. *tamen etiam*. *et color*] Taubm. omitt. *et*. *nobilitas*] Freher. *soliditas*, Taubm. omittit. *patria*] Par. *paria* (sic). *gravitas*] Freh. et Taubm. *et gravitas*. *usque*] Cuiac. *atque*, Freh. et Taubm. omitt. *scriptulos*] C. Vet. *scripulos*, Par. *scrupulos*. *itaque ubi aurum est, totum est*] pro glossa expunxi. Attamen facile sint quidam, qui servari illud velint. Quibuscum si fortasse faciendum sit, sic intelligam: ubi aurum habeant homines, omnium rerum summam tenere se putant et legerim; ut periclitatus sum in versibus contextui subiunctis. *sed mali*] C. Vet. *sed et mali*, quod suadent Grut.

---

adhibeas, nihil tibi ad lucrum proderunt. Si expungi tute posset *facinus*, illud *muta, remuta* ad ipsum argentum pertinuerit. — *hoc-mutari non potest*] sive (ex glossa C. Pith.) intellige *hoc* scil. *argentum* adulterari nequit, sive ita cape: illud incommodum de colore tolli non potest. — *vs.* 54. In auro (aurei enim erant *solidi*) feliciore successu idem tentatur. Nam (vid. vs. 56.) quid tam simile est, quam adulteratus solidus solido vere, quorum formulae (*vormen, stem-*

Nam de solidis cómmutandis mille sunt praestígia.
Sáltem has non distíngui oportet tám gemellas fórmulas.
Quid tám símile quam sólidus solido est? 'Etiam hic dís-
Quaéritur: in auro vúltus, aetas ét color, (tántia
Nobílitas, littratúra, gravitas, pátria;
'Usque ad scriptulós in auro plús quam in homine quaéritur.
Hoc ánte Querolus ignorabat: séd mali perdúnt bonos.
Ille autem arbiter, ád quem eo nunc, quám sceleratus ést (homo.
Aliménta servis mínuit (ille), opus aútem plus iusto imperat!

An *vs.* 60. *Itaque totum est, ubi aúrum est. Querolus ántea*
Hoc ignorabat: séd mali perdúnt bonos.

---

pels, sic Frontin. *Aquaed.* § 36. *formulae modulorum*) paene gemellae sunt, conspectus fere idem est. — *vs.* 55. *saltem has non distingui oportet*] ex animo quaerentis de dominis servi; non debent saltem domini haec, quae tam artificiose ad similitudinem conficta sunt, sordide scrutari. — *vs.* 56. *etiam hic distantia*] ita pergit: attamen et *hic*, in auro, distantia, discrimen, reperitur, quum virtutes et vitia longe accuratius in auro, quam in homine, attendantur. Iungo: *distantia quaeritur:* nisi malis: *distantia* (vel *distantia 'st*). *Quaeritur in auro* caet. — *vs.* 57. *vultus, aetas*, caet.] venustus in his vocabulis lusus, quum aeque ad hominem atque ad nummum aureum referri possint. Soli offendunt *scriptuli*, qui in hominem parum conveniant. — *vultus*] Imperatoris vultus in aureis nummis conspicuus: nisi potius intelligamus universam nummi speciem, adspectum. — *vs.* 58. *nobilitas, litteratura*] quaeritur, an illustri Principe imperante, vel in rei insignis memoriam, nummus cusus sit, et quibusnam litteris inscriptio sit exarata. — *vs.* 60. *hoc ignorabat*] hanc artem auri expendendi et examinandi.

perat, inverso hercle modio, si liceret, turpe eliceret lucrum. Itaque si quando isti casu vel consulto se vident, tunc invicem sese docent: et tamen hercle, ut omnia dicantur, si necesse est, malo meum. Adhuc ille noster, qualiscumque est, tamen avarus non est in suos: solum illud est, quod nimium crebro verberat, semperque clamat. Itaque illis ambobus Deus iratus sit: et non sumus tamen tam miseri atque tam stulti, quam quidam putant. Aliqui somnulentos nos esse credunt, quoniam somniculamur de die: nos autem id facimus vigiliarum causa, quia vigilamus noctibus. Famulus, qui diurnis quiescit horis, omni vigilat tempore. Nihil unquam melius in rebus humanis fecisse naturam quam noctem puto: illa est dies nostra: tunc aguntur omnia. Nocte balneas adimus, quamvis sollicitet dies: lavamus autem cum pedisequis et puellis.

---

et Par. *eliceret*] C. Voss. Pith. et Paris. *liceret*. *malo meum. Adhuc*] Grut. *Malo meum adhuc. Ille*; Par. haec ita: *si necesse est, tamen avarus*, mediis negligenter omissis. *semperque*] Par. *semper*. *tam stulti*] C. Pith. et Paris. omitt. *tam*, uti etiam Pareus. *lavamus*] C. Pith. et Paris. *lavamur*.

— *vs.* 63. *inverso modio*] i. e. introrsum verso. Explicationi sint verba Theophrasti, *Charact.* περὶ αἰσχροκ. XV. 4, quae non possum quin adscribam. Dicit nempe istiusmodi avari esse: φειδωνίῳ μέτρῳ τὸν πύνδακα ἐγκεκρουσμένῳ μετρεῖν αὐτὸς τοῖς ἔνδον τὰ ἐπιτήδεια σφόδρα ἀποψῶν. Adde porro Pherecratem Comicum apud Polluc. X. 79, et Iuven. XIV. 126. Herus avarus etiam exagitatur a Plauto, *Pers.* II. 3. 15. Caeterum ex modio illo victus servorum proprie *demensum* dicebatur. Cf. Ter. *Phorm.* I. 1. 9. et Plaut. *Men.* prol. 14, *Stich.* I. 2. 3, ubi vel

Invérso modo, si liceret, túrpe éliceret (sibi) lucrum.
Itaque si vidént consulto aut casu, se invicém docent.
Et tamen omnia út dicantur, málo, necesse si est, meum.
Adhúc ille noster, quáliscunque est, nón avarus 'st ín suos:
Solum íllud est, quod sémper clamat, nímium crebro vérberat.
Ambóbus itaque irátus illis sít Deus.
Nón tamen tam míseri sumus ac stúlti, quam quidám putant.
Sómnolentos crédunt, quoniam sómniculamur dé die,
Id vigiliarum caúsa facimus, vígilamus quia nóctibus;
Famulús, diurnis quí quiescit bóris, vigilat témpore.
Natúram in rebus níl fecisse mélius quam noctém puto:
Dies ílla nostra est; túnc aguntur ómnia.
Nócte balneás adimus, quámvis sollicitét dies:

---

maxime vid. Casaub. in edit. Taubm. Donatus tamen ad Ter. l. l. illud a *mense* ducit. — *si liceret*] non intelligo legem quandam de cibariis servorum latam; sed universe infamiam et cuiusque boni indignationem, quae hero talia agenti immineat. — *vs.* 65. *malo – meum*] ergo iam refrigguit ira, qua supra vs. 2. dixerat, nihil esse deterius suo. — *vs.* 67. *clamat*] iratus iurgatur. — *vs.* 69. *non tamen tam miseri sumus*] etiam Plautus convivium servorum inducit *Stich.* V. Sc. 4. ad extremam fabulam usque: idem vero, ne Romani mirarentur, „homines servolos „Potare, amare atque ad coenam condicere," addendum existimavit, licere illud *Athenis* (III. 1. 38). Iam Romae, uti videbimus, non minor certe servorum increverat luxuria. — *vs.* 72. *tempore*] idoneo tempore, eo, quo sibi, non domino, vigilat. Ita Plautus passim *temperi et tempori*, cf. Taubm. ad *Pers.* V. 1. 16. et *Epid.* III. 3. 25. Adde Ter. *Heaut.* II. 3. 123. — *vs.* 75. *balneas*] teste Varrone *de L. L.* 8, *balneae* no-

Nonne haec est vita libera? Luminis autem vel splendoris illud subornatur, quod sufficiat, quod publicet. Ego nudam teneo, quam domino vestitam vix videre licet. Ego latera lustro, ego effusa capillorum metior volumina: adsideo, amplector, foveo, foveor. Cuinam dominorum hoc licet? Illud autem nostrae felicitatis caput, quod inter nos zelotypi non sumus: furta omneis facimus, fraudem tamen nemo patitur, quoniam totum hoc mutuum est. Dominos autem observamus atque excludimus: nam inter servos et ancillas una coniugatio est. Vae illis, apud quos domini vigilias multam in noctem protrahunt. Tantum enim servis de vita abstuleris, quantum de nocte abscideris. Quanti sunt ingenui, qui transfigurare se vel-

---

illud] alii (teste Ritt. in adnot. ad edit. 1595.) *hic id.* *quod publicet*] C. Pith. *quod non p.* Paris. *non quod p.* *domino*] C. Vet. *domi.* *effusa*] C. Pith. et Paris. *effossa.* *patitur*] C. Paris. *partitur.* *observamus*] Ritt. et Par. *observamus.* *excludimus*] C. Paris. *excludimur.* *quanti sunt*] C. Pith. et Paris. *quanti enim sunt.* *se*] C. Voss.

---

men est balnei publici, privatum contra tantum *balneum* dicitur. Attamen non puto discrimen illud postea tam diligenter esse observatum. *sollicitet dies*] curis et labore conficiamur interdiu. — *vs. 77. luminis*] noctu lumen in balneis publicis accendi iussit primus Alexander Severus; sed abrogavit institutum illud Tacitus Imp. Cf. *Hist. Aug. Scr.* I. 960, ibique Intt. Utrum illud postea instauratum sit, nec ne, hic locus, qui etiam de privato balneo sumi possit, haud facile evincat. Balnearum strepitum et clamores venuste descripsit Seneca, *Epist.* 56. — *quod publicet*] scl. res: eximias ancillarum formas spectandas praebeat. Cf. ea, quae mox sequuntur. Quam tenaciter istam veterum consuetudinem, qua viri et mulieres

Lavámus autem cúm puellis. Nónne haec vita est líbera?
Id lámiai subernátur, quód sufficiat, non quod públicet.
Ego núdam teneo, quám vestitam heró videre víx licet:
Ego látera lustro, egó capillorum effúsa volumina métior:
Adsídeo, amplector, fóveo, foveor. Cuínam dominorum hóc (licet?
Felícitatis cáput, inter nos quód zelotypi nón sumus.
Furta ómnes facimus, fraúdem nèmo pátitur: totum hoc (mútuum est.
Dominós autem observámus atque exclúdimus,
Nam ínter servos áncillasque est úna coniugátio.
Vae illís, vigilias dómini apud quos múltam in noctem pró- (trahunt!
De víta servis tántum abstuleris, quántum a nocte recíderis.
Quánti ingenui súnt, qui vellent tránsfigurari hóc modo,

---

una lavarentur, Romani, atque ipsi Christiani, tuti sint, docet Casaub. ad *H. A. Scr.* I. 174. — *vs.* 81. *zelotypi non sumus*] non abeunt ab his Plautina, *Stich.* V. 4. 47 sqq. — *vs.* 82. *furta*] scil. amatoria; nisi potius locus universe de dolis et furtis, quae servi in se invicem struunt, capiendus sit. — *fraudem nemo patitur*] Ulpian. l. 145. D. *de R. I.* „nemo videtur fraudare eos, qui sciunt et consentiunt." — *mutuum est*] mutuo servi faciunt furta et patiuntur. Fortasse tamen potius est, ut intelligamus, *totum hoc*, i. e. omnia, quae furto auferuntur, humi tanquam *mutuum*, quippe quod mox rursus ipsi furi eripiatur. — *vs.* 84. *una coniugatio*] unum contubernium servis atque ancillis commune, sed unde dominus arceatur. Prope est, ut existimem hunc versum in genuina scriptura ante illum: *dominos autem*, caet.: fuisse positum. — *vs.* 87. *quanti*] pro *quot*. Cf. supra ad I. 2. 56. Sic *aliquanti* pro *aliquot*, *Scr. Hist. Aug.* I. 68, Eutrop. IV. 27. ubi Intt. add. VI. 19.

lent hoc modo, mane ut domini fierent, servi at vespere? Nunquam tibi, Querele, opus est, ut cum istaec omnia nos exercere: tu aut tributum cogites: nobis autem cotidie nuptiae, natales, ioca, dibacchationes, ancillarum feriae: propter hoc quidam nec manumitti volunt. Quis enim tantam expensam tantamque impunitatem praestare possit libero? Sed nimium hic resedi. Meus ille, credo, iam nunc clamavit, ut solet. Fas erat me facere, quod praecepit, id est, ut ad sodales perge-

---

Pith. et Paris. *esse.* *nunquam* caet.] in postrema pagina Cod. Voss. adscripta est coniectura *» numquid tibi, Querole, opus est, ut, cum istaec omnia nos exercemus, » tu ad tributum cogites.* *ut cum istaec*] C. Pith. et Paris. *ut ista haec*, Ritt. et Par. *tecum istaec.* *aut trib.*] C. Pith. *aut*, Ms. Grut. *autem*, quod suadet Canneg. Sed Ritt. et Par. *ad trib.* *cogites*] Ms. Grut. ante habuerat *cogitas*, quod recepit Par. *ioca, dibacch.*] C. Paris. *iocandi bacch.* *propter hoc*] Ms. Grut. omitt. *propter*; C. Paris. in glossa: *in hoc loco parum quid deest.* *clamavit*] Ritt. et Par. *clamabit.*

Hoc tamen loco sensus non evertitur, si propria verbi significatio de ingenuis, qui principem quendam in civitate locum obtineant, teneatur. — *vs.* 89 et 90. Quae h. l. in Codd. leguntur, manifesto corrupta sunt. Si recte mutavimus, sensus erit, domino curas, servis gaudia esse: illi noctes insomnes trahendas esse, ut de tributis ac vectigalibus, quae solvenda sint, cogitet: hos vigilare, ut genio indulgeant. At sic tamen offendit insolentior dictio *cogitare ad tributum* pro *de tributo*. Quare nescio an legendum sit fortasse *attributum*, quod aliquando dici pro *attributione* sive *assignatione*, affirmat Salmas. ad *Hist. Aug. Scr.* I. 921, ut sic intelligamus, Querelum cogitare de pecunia certo tempore creditoribus solvenda. Praesto est et alia explicatio, ut, conservato vocabulo *nunquam*, legamus: *nunquam tibi, Q., opus est ut, cum* caet., *tu attributum cogites:* i. e. ne putes tu, nos attributum impositumque nobis opus peragere. Ad quam sententiam

Ut máne domini, sérvi fierent véspere!
Namque tibi, Querole, opus ést, ut, cum istaec ómnia.
Nos éxercemus, tu ád tributum cógites:
Nobís quotidiē ióca, natales, núptiae,
Dibácchatiōnes, áncillarum fériae.
Hoc própter quidam néc manumittí volunt.
Quis énim expensam atque inpúnitatem tántam praestet (libero?
Sed nímis hic sedi. Méu', credo, ille iám clamavit, út (solet.
Erat fás me facere, quód praecepit, ut ád sodales pérgerem.

An *vs.* 89. *Nunquám tibi, Querole, ópus est, ut nos éxercere haec cógites:*
Tibí tributum, nóbis autem quotídie sint núptiae,
Ióca, natales, bácchatiōnes, áncillarum fériae.
vs. 94. *Quis énim praestare inpúnitatem tántam possit líbero.*

---

haud inepte congruat etiam coniectura illa: *numquid.* Fatendum tamen haec admodum frigere. Denique in versibus alia ratione compositis, quos contextui subiiciendos mandavi, tertiam apposui coniecturam, quae, quod ad periodi sensum attinet, a prima non differt. Quaenam vero ex his propius ad verum accedat, equidem lectorum iudicio statuendum relinquo. — *vs.* 91. *nuptiae*] non urgendum est vocabulum. De nuptiis servilibus autem vid. Plaut. *Cas.* prol. 68 sqq. coll. 86. — *vs.* 92. *dibacchationes*] cf. supra I. 2. 120. — *vs.* 93. *nec manumitti volunt*] namque sane in talem servorum vitam egregie conveniant, quae Menander habet (*Reliq.* 226.) Ὡς κρεῖττόν ἐστι δεσπότου χρηστοῦ τυχεῖν Ἢ ζῆν ταπεινῶς καὶ κακῶς ἐλεύθερον. Caeterum de hoc loco vid. Fornerius, *Rer. Quotid.* IV. 3. (Otto, *Thes. iur.* II.) — *clamavit*] iratus propter diutius absentem servum. — *vs.* 96. *erat fas*] i. e. *licebat*, neque cum Ritt. aut Grae-

rem. Sed quidnam hic fiet? Accipienda et mussitanda iniuria est. Domini sunt, dicant quod volunt, quamdiu libuerit: tolerandum est. Dii boni! nunquamne indulgendum est mihi, quod dudum peto, ut omnis ille durus et dirus nimis aut ex municipe, aut ex togato, aut ex officii principe? Quamobrem istud

---

omnis (oms.)] C. Vet. Pith. et Paris. *meus (ms.)* *et dirus*] Canneg. *sit dives.* *istud*]

---

corum δυνατόν aut eorundem ἕξει huc appellaverim. — *sodales*] qui in cauponis confabulentur. Vid. supra Sc. III. ad vs. 166. — *vs.* 97. *sed quidnam hic fiet?*] cui bono mihi, si irati verbis (*cauponibus te colloca*) tanquam venia usus, ad sodales me contulerim? Eo maturius tantum poena mihi parabitur. — *accipienda et mussitanda iniuria est.*] verba ex Ter. *Ad.* II. 3. 12. — *vs.* 100. *dirus*] superbus. Ammian. XXII. 3. » alte spirantem et dirum. — *vs.* 101 et 102. Locus obscurior, cuius explicationem timide aggredior. Conspirat prorsus Codicum lectio: at si tamen nihil mutetur, claudicat periodus, extrema parte mutila. Mutavimus igitur prius *aut* in *agat*, sic autem intelleximus: ut superbi isti domini etiam experiantur, quid sit e meliore conditione in peiorem cecidisse, quemadmodum mihi contigit e libero servum fieri. *Agere ex municipe* est munere exutus vitam privatam degere. Namque *ex* nominibus magistratuum hoc sensu praepositum apud scriptores labentis Latinitatis frequentissimum est. Cf. Ammian. quavis fere pagina; *Hist. Aug. Scr.* I. 493 et 937, II. 48, 87, 112, 247, 264, 660, ibique Intt. uti etiam Iuret. ad Symm. *Epist.* IX. 45, et praesertim Intt. ad Eutrop. VI. 3. ed. Tzschuckiana. *Municeps* autem, quanquam frequentius dicatur quilibet municipii civis, tamen l. 3. Cod. *de his, qui sponte* (X. 43.) et alibi, proprio nominis sensu de eo usurpatur, qui munera cepit. Si quis tamen mallit frequentiorem significationem recipere, legat is: *agat municeps aut ex togato*, caet. — *ex togato*] cf. Iuret. ad Symm. XI. 28, Casaub. ad *Hist. Aug.*

Sed quídnam hic fiet? Accipienda et mússitanda iniúria est.
Dominí sunt: dicant quód volunt, tolerándum 'st, quamdiu
(líbuerit.
Dí boni! Nunquámne mî indulgéndum 'st, dudum quód peto,
Ut ómnis ille dúrus et dirús nimis
Agat éx municipe, aut éx togato, aut éx officii príncipe?
Quamobrem ístud? Quia post índulgentiam sórdidior 'st ab-
(iéctio.

Scr. I. 29, et quae plura de togatis adnotavimus supra ad I. 2. 210 sqq. Universe illi, qui, dignitate quadam deposita, simul solemniorem togae vestitum exuerunt, recte sive cum Casaub. l. l. *extogati*, sive *ex toga* aut *ex togatis* dici possint. — *aut ex officii principe*] *aut* fortasse valet h. l. *et*, uti supra ad II. 2. 50. de particula *vel* monuimus; fortasse e contrario *officii principes* non *togati* erant, sed habitus iis erat huic dignitati peculiaris. Erat autem officii princeps is, qui praeesset comitibus, officialibus sive apparitoribus, qui sub Imperatoribus posterioribus non tantum ipsi Principi, sed reliquis maioribus magistratibus apparere solerent, unoque nomine *officium*, *comitatus*, dicerentur. Multa de officii principe Salmas. ad *Hist. Aug. Scr.* I. 322 et ad I. 936, ad quae loca adde I. 814. Iuret. ad Symm. *Epist.* X. 36. coll. ad I. 97. De principe officii Palatini Salmas. ad *Hist. Aug. Scr.* II. 239 sqq. — *vs.* 102. *post indulgentiam sordidior 'st abiectio*] novae tenebrae. Videtur aut illud sibi velle, eo tristiorem fore dominorum calamitatem, quod ante, Deorum indulgentia, satis felici sorte usi essent: aut, quod malim, ipse se reprehendit, Deos scilicet precantem, ut sibi illud indulgeant (cf. vs. 99.), unde sua ipsius conditio sordidior et abiectior fiat; nam servos hominis pauperis humilisque simul cum domino inflictam calamitatem sentire necesse erat. Quodsi haec opinio recipienda sit, aut pro *quia* reponi velim *quin*, aut dictionem tanquam interrogationem extulerim. Aptissime autem sic acciderit sequens versus: *Quid optem igitur, nisi faciat ipse ut, quod facit?* Denique respexit auctor fortasse *indulgentiam*, quae,

dico? Quia post indulgentiam sordidior est abiectio. Quid igitur optem, nisi ut faciat ipse quod facit? Vivat ambitor togatus, convivator iudicum, observator ianuarum, servulorum servulus, nimator circumforanus, circumspectator callidus, speculator captatorque horarum et temporum, matutinus, meridianus, vespertinus: impudens salutet fastidientes: occurrat non venientibus: utaturque in aestu tubulis angustis et novis.

MANDROGERUS, QUEROLUS.

M. Depone ab humeris, Querole, pondus tam grave: satisfactum est religioni quod tute ipse malam fortunam portasti foras. Q. O Mandrogerus, fateor, nunquam fieri posse hoc credidi: potentiam tuam et religionem ipsa res probat: arcula

---

C. Pith. et Paris. *illud.* *ipse*] C. Paris. omitt. *circumforanus*] quod tuemur, quum etiam in *Hist. Aug. Scr.* I. 479. (ubi vid. Salmas) optimi libri *circumforanos* exhibeant. Ritt. et Par. *circumforaneus.* *circumspectator*] C. Vet. *circumspector.* *speculator*] C. Vet. *spectator.* *salutet fastidientes*] C. Vet. et Voss.

---

labente Latinitate, propria vi sic dicta est, indulgentiam Principis nempe, qua damnatis aliquando poenam ille remitteret (*gratie*). Cf. Iulius Firmicus, Math. IV. 14. Iuret. ad Symm. *Ep.* V. 68. » Illa, quos liberat, notat, nec infamiam criminis » tollit" ut est in l. 3. Cod. *de gener. abol.* (IX. 43.). Igitur sordidior est post indulgentiam damnatorum abiectio. Sed non video tamen, quomodo haec ita reliquis apte cohaereant. — *vs.* 104. *ambitor*] novum vocabulum pro eo, qui honores ambit, ambitioso. Cf. Barth. ad Stat. p. 694. — *togatus*] Franci: *homme de robe.* Caeterum cf. supra ad I. 2. 210. — *convivator iudicum*] magistratuum conviva, vide supra I. 2. 222. Apud classicos autem *convivator* est is, qui coenam praebet aliis. Attamen *convivarier* in Ter. *Heaut.* I. 2. 32. potius dictum videtur de iis, qui conviviis adsint, quam de iis, qui alios ad suam coenam invitent. — *vs.* 105. *observator ianuarum*] tales erant,

Quid óptem igitur, nisí faciat ipse ut, quód facit?
Vívat ambitór togatus, cónvivator iúdicum,
'Observator iánuarum, sérvulorum sérvulus,
Rímator circúmforanus, circumspector cállidus,
Speculátor captatórque horarum et témporum,
Mátutinus, méridianus, véspertinus, ínpudens:
Salútet fastidiéntes ipsum: occúrrat non veniéntibus;
Utátur in aestu angústis tubulis ét novis.

ACTUS III. SCENA I.

MANDROGERUS, QUEROLUS, SYCOPHANTA, SARDANAPALUS.

M. Depóne ab humeris, Quérole, pondus tám grave;
Sati' réligioni, quód malam ipse fortúnam portastí foras.
Q. 'O Mandrogere, fáteor, nunquam fíeri hoc posse crédidi,
'Ipsa res poténtiam tuam ét religionem probat:

---

qui commemorantur a Iuven. IV. 64. »exclusi exspectant admissa obsonia »patres." — *servulorum servulus*] fortasse cliens et salutator libertorum Principis. Haud minus tamen, qui observator est ianuarum, idem quoque dici potest observator servorum ianitorum, et hinc *servulorum servulus*. — *vs.* 106. *rimator*] novum vocabulum. — *circumspector*] exquisitior forma, a verbo *circumspicio*. — *vs.* 107. *captator horarum*] qui *horas*, i. e. idonea tempora et opportunitates, quibus rem suam augeat, sedulo exspectat captatque. Sic illud, »esse omnium »horarum" apud Quintil. *Inst. Orat.* VI. 3 ext. — *vs.* 108. *inpudens*] importunus, qui omni diei tempore patronum aut potentes amicos obsidet iisque molestus est.

Act. III. Sc. I. Puta, Sycophantam et Sardanapalum simul egredi, sed per

istaec iamdudum a me introlata est: quam levis mihi soli fuit et nunc quam gravis est duobus? M. Nescis nihil esse gravius fortuna mala? Q. Edepol novi et scio. M. Dii te servent: homo. Mihi ipsi hoc praeter spem venit, quod me laudas modo. Nullam unquam domum sic purificatam retineo: quicquid erat calamitatis egestatisque, inclusimus. Q. Miror hercle, unde pondus. M. Enarrari subito hoc non potest. Ceterum solet evenire, ut istaec calamitas moveri multis non possit iugis. Iam istinc ergo ministri nunc mei lustrum istud in fluvios dabunt. Tu autem monita, quae iam nunc dabo, sensibus imis cape. Mala haec fortuna, quam abstulimus, redire temptabit domum. Q. Nec Dii sinant: una sit illi istaec et perpetua via. M. Triduo ergo istuc periculum tibi est, ne haec ad te redire temptet res mala. Tu igitur universo hoc triduo domi clausus esto nocte ac die. Nihil de domo tua foris nunc dederis, nihilque intra aedes recipias: vicinos,

---

salutat fastidiantes. (A. III. S. 1.) *a me*] C. Voss. Pith. et Paris. *ut a me.* *mihi ipsi*] Canneg. *non mihi ipsi.* *venis*] C. Voss. antea videtur *evenit* habuisse, quod suadet Ritt. *me laudas*] C. Voss. Pith. et Paris omitt. *me.* *inclusimus*] C. Vet. *includimus.* *iam istinc*] C. Pith. adscr. *s. efferantur.* *monita, quae*] C. Voss. *non ita quae* C. Pith. *monitaq.* *mala haec*] Ms. Grut. omitt. *mala.* *istuc*] C. Pith. Paris. Ms. Grut. et antea etiam C. Voss. *istoc.* *foris*] Ritt. et Par.

---

hanc scenam tacitos adstare. — *vs.* 8. *novi et scio*] non simpliciter affirmat, sed indicat, expertum se longo usu, quam grave onus sit mala fortuna. — *vs.* 9. *quod me laudas modo*] *ob quod* modo me laudasti. Sic saepe est ὃ pro διʼ ὃ: nisi legas *quo* me laudas, aut intelligas, *quod laudas* pro infinitivo esse positum. — *vs.* 10. *purificatam*] oblique sensu vacuefactas aedes tangit. — *retineo*] supra ad I. 2. 59.

Arcula istaec, quae iám dudum a me illáta est, quam levís
Solí fuit: duóbus nunc est quám gravis! (mihi
M. Nescís nihil esse grávius fortuná mala?
Q. Edepól novi et sció. M. Dí te servént, homo!
Hóc ipsi mihi praéter spem venít, quod me laudás modo:
Nullam únquam ita purificátam retineó domum;
Cálamitatis egéstatisque quídquid erat, inclúsimus.
Q. Míror, unde póndus. M. Enarrári hoc subito nón potest:
Est, ut calamitás moveri haec múltis non possít iugis.
Iam ístinc ergo minístri nunc mei lústrum id in fluviós dabunt.
Tu aútem monita, quaé iam nunc dabo, ímis sensibús cape.
Mala haéc fortuna, quam ábstulimus, redíre tentabít domum.
Q. Nec Dí sinant: illí sit istaec úna et perpetúa via.
M. Tibi tríduo periclum est, ne redíre haec tentet rés mala.
Triduo igitur esto hoc úniverso cláusu' domi nocte ác die:
Nil dé domo foras nunc dederis, nílque intra aedes récipias;
Vicínos, cognatós, amicos quási profanos réspue:

— *vs.* 13. *haec*] i. e. *talis:* evenit aliquando, ut eiusmodi mala fortuna *moveri* caet. — *vs.* 14. *istinc*] ex ista domo. — *lustrum*] supra ad II. 3. 172. — *in fluvios*] solemnis mos in his sacris. Cf. Theocr. *Idyll.* XXIV. 92, ibique Kiessling, et Virg. *Ecl.* VIII. 101. — *vs.* 15. *imis sensibus cape*] dictionem a Graecis mutuatus est iam Virg. *Ecl.* III. 54. »sensibus haec imis-reponas." — *vs.* 17. *nec Dî sinant*] Cf. Plaut. *Bacch.* III. 3. 64. *Merc.* II. 2. 51. add. Plin. *Epist.* II. 2. — *istaec una et perpetua via*] communis dicendi formula: cf. Cicer. *in Pison.* c. 14. — *vs.* 18. *triduo*] numerus ternarius sacer erat. — *vs.* 21. *vicinos, cognatos, amicos*] metuit arbitrum illum aliosque amicos, qui, priusquam

cognatos, amicos omneis tanquam profanos respue: ipsamque bonam fortunam clamantem pulsantemque nemo hodie audiat. Exacto autem hoc triduo illud domi non habebis, quod ipse ex ipsa excluseris. Abi ergo intus. Q. Ego vero, ac libens, dum tantummodo inter me ac fortunam meam solum paries interuit. M. Celeriter huc abige: hem, Querole, fortiter nunc claude fores. Q. Factum est. M. Seras et catenas adhibe. Q. Tanquam pro memet fecero.

MANDROGERUS, SYCOFANTA, SARDANAPALLUS.

Pulcre edepol res processit. Inventus, spoliatus, clausus est homo. Sed ubinam ornam respicimus? vel ubi arculam istam confringemus atque abscondemus, ne furtum indicia prodant? Sy. Nescio edepol, nisi ubicumque in flumine. Sa. Credis, Mandrogerus? prae gaudio ornam illam inspicere non ausus fui. Sy. Neque ego. M. Atqui hercle ita faeto opus fuit, ne mora suspicionem afferret. Sy. Verum est. M. Primum

---

foras. *cognatos, amicos*] C. Pith. et Paris. *amicos, cognatos.* *ipsamque*] Ms. Grut. C. Voss. Pith. et Paris. *ipsam.* *nemo hodie*] C. Voss. Pith. et Paris. *hodie nemo.* *autem hoc*] C. Paris. omitt. *hoc.* *non hab.*] C. Vet. *num hab.*, quod recepit Par. *ipse ex ipsa*] C. Pith. et Paris. omitt. *ipse.* *nunc claude*] C. Voss. Pith. et Paris. *claude nuno.* *huc abige*] Canneg. *hinc te abige.* (Sc. II.) *respicimus*] Canneg. *inspicimus.* *mora*] Canneg. *mota.*

---

ipse in tuto sit, eius fraudem indagent. — *vs.* 22. Ex loco notissimo Plaut. *Aulul.* I. 2. 22. — *pulsantem*] *pulsare* (κόπτειν) proprie dicitur de iis, qui intromitti cupiunt, e. g. Plaut. *Stich.* II. 1. 36 sqq.: contra ostium *crepere* dicitur in comoediis, ubi illi, qui intro sunt, exituri fores percutiunt (ψοφοῦσι). — *vs.* 23. *ea quod ipse excluseris*] ambigue

Ipsámque hodie bonám fortunam púlsantem nemo aúdiat.
Exácto hoc triduo id nón domi habebis, éa quod ipse exclú-
(seris.
Abi íntus ergo. Q. Ego véro abeo intus ác libens:
Intérsit dummodo páries solum intér me ac fortunám meam.
M. Celériter hinc nunc, Quérole, te abige: claúde fortitér
(fores.
Q. Factum. M. 'Adhibe seras ét catenas. Q. 'Ut pro memet
(fécero.

SCENA II.

MANDROGERUS, SYCOPHANTA, SARDANAPALUS.

M. Pulcré processit rés: inventus homó, spoliatus, claú-
(sus est:
Sed órnam ubinam réspicimus? vel ístam árculam confrín-
(gimus,
'Atque abscondimús, ne furtum indícia prodant? Sy. Néscio,
Nísi ubicunque in flúmine. Sá. Credis, Mándrogere? Prae
(gaúdio
Ornam íllam inspicere nón fui ausus. Sy. Néque ego. M. At-
(qui ita facto ópu' fuit,
Né mora suspiciónem afferret. Sy. Vérum est. M. Hoc pri-
(mum fuit

---

dictum. Tacet enim, illud utrum sit aliquid boni vel mali. — *vs.* 25. *intersit-paries*] dixeris fere auctorem imitatum esse Cic. *Catil.* I. 3: »dum» modo inter me atque te murus intersit." — *vs.* 27. *ut pro memet*] ea diligentia, quam solet quis ad suam utilitatem adhibere. — *fecero*] simili forma Plaut. *Stich.* II. 2. 27.

Sc. II. *vs.* 2. *respicimus?*] Cf. supra ad II. 2. 14. Valet *respicere* h. l. accurate examinare. — *vs.* 4. *in flumine*] in flumen scil. proiicienda dicit urnae fragmenta. — *vs.* 5. *inspicere non fui ausus*] haec eorum tre-

fuit, ut inveniretur. Istud iam sequitur: tutum est. Sy. Quicquid libet narres, Mandrogeras, recedamus qualibet. Ego autem non credam mihi, nisi aurum inspexero. M. Neque ego dissimulo; pergamus. Sy. Hac atque illac, tantum ad secretum locum. M. Pro nefas, viae omneis asservantur, ripae frequentur. Pergamus quocunque celeri.

PANTOMALUS, ARBITER.

A. Hem, Pantomale, domi quid agitur? vester ille quid facit? P. Quod nosti, male. A. Ergo queritur? P. Non plane: ita sit nobis incolumis atque propitius. A. Atqui hercle solet esse ingratus. P. Quid vis fieri? Sic res habet. Caelum numquid aequaliter administratur: SOL IPSE NON SEMPER NITET. A. Bene, Pantomale noster, tandem pro dominis solus qui haec dictitas. P. Eadem dico vobis absentibus praesentibusque. A. Credo: nam semper novi te bonum. P. Tu nos bonos ac semper felices facis, qui nostrum illum bene mones. A. Feci et facio semper. P. Vah! Utinam ille mores servaret tuos, essetque

---

istud iam] Ritt. et Par. *istud quod iam.* *narres*] C. Pith. et Paris. *narras.* *inspexero*] Ms. Grut. antea habuerat *intellexero.* *frequentur*] C. Vet. et Pith. *frequentantur*, quod suadent Ritt. Par. Anon. in libro Leid. n. 501. et Canneg. (Act. IV. Sc. I.) *queritur*] C. Voss. et Pith. *quaeritur.*

---

pidatio valet ad solvendum mox fabulae nodum. *vs.* 7. *quidquid libet*] Cf. supra I. 4. 31. — *vs.* 11. *frequentur*] insolens verbum, quod tamen aliquando in usu fuisse probat inde ortum *frequens.* — *vs.* 12. *celeri*] scil. *gradu*, nisi malis, prouti *brevi* pro *breviter* usurpatur, ita *celeri* esse pro *celeriter.*

'Invenire. Iam ístud sequitur: tútum est. Sy. Quidquíd libet
Narrés, Mandrogere, sécedamus quálibet.
Ego nón credam mihí, nisi aurum inspéxero.
10. M. Néque ego dissimuló: pergamus. Sy. Tántum secretum (ád locum.
M. Pró nefas! frequéntur omnes rípae, asservantúr viae.
Pergámus quocúnque celerí.

ACTUS IV. SCENA I.

PANTOMALUS, ARBITER.

A. Hém! Pantomale, dómi quid agitur? véster ille quíd (facit?
P. Quod nósti. A. Queritur? P. Nón: incolumis íta sit atquè (própitius.
A. Atquí solet esse ingrátus. P. Quid vis fíeri? Sic (se) (rés habet.
Coelúm num aequaliter ádministratur? Sól ipse haud sem- (pér nitet.
5. A. Béne, Pantomale, sólus tandem qui haéc pro dominis (dictitas.
P. 'Eadem dico abséntibu' vobis. A. Crédo, novi té bonum.
P. Tu nós bonos facis ác felices, nóstrum illum bene quí (mones.
A. Féci et semper fácio. P. Ille utinam móres servarét tuos,

An *vs.* 11. *Pró nefas! Frequéntantur ripae, ómnes servantúr viae.*
vel *frequéntes omnes rípae, asservantúr viae.*

Act. IV. Sc. I. vs. 2. *incolumis ita sit*] iusiurandum, quo vere se dixisse affirmat. — *vs.* 3. *ingratus*] Cf. supra ad prol. vs. 11. adde A. I. 1. 5. II. 4. 3. — *vs.* 4. *Sol ipse*] Rittersh. laudat Hesiod. *O. et D.* vs. 770. et

apud nos tam patiens atque indulgens, quam tu cum tuis. A. Non agnosco haec, Pantomale, suffragia: nimium nosmet praedicas. P. Edepol nos omneis scimus et laudamus plurimum: utinamque illa tibi omnia eveniant, quod nos optamus servuli. A. Immo tibi hercle, pellibus ossibusque vestris eveniant, quicquid optasti mihi. P. Ha, cur ita suspicaris? numquidnam in aliquo nos gravas? A. Non, sed quia vobis naturale est odisse dominos semper sine discrimine. P. Male imprecamur multis: verum est, et saepe et libere: sed illis sycofantis et maliloquis, quod nosti bene. A. Age: iam credo. Sed quidnam tu dominum facere aiebas? P. Rem divinam coeperat. Magus praesto erat cum ministris: intus omnes tunc ibant simul. A. Quidnam est hoc, quod fores clausas video? credo divinam rem gerunt. Evoca illinc aliquem. P. Hem Theocles, hem Zeta: aliquis huc adsit cito: quidnam esse hoc dicam? Silentium est ingens: nemo est. A. Solebant non ita somniculari ianitores ista in domo. P. Credo hercle, reli-

---

quod nos] C. Vet. *quae nos.* *ossibusque*] C. Vet. *ossibus.* *Non, sed*] C. Pith. et Paris. omitt. *non.* *saepe et libere*] Par. omitt. *et.* *maliloquis*] C. Paris. *maliloquus.* *quod nosti bene*] Canneg. *quos n. b.* Par. *bene, quod nosti.* *coeperat*] C. Vet. *occoeperat.* *tunc ibant*] Canneg. *tuae erant ibi* (sic). *quod fores*] ex C. Vet. et Ms. Grut. abest *quod.* *clausas*] C. Vet. *esse clausas.* *divinam rem*]

Horat. *Carm.* II. 11. 10. Simpliciter intelligo: Ipse sol non assidue splendet, sed aliquando nube tegitur. — *nitet*] Horat. *Carm.* IV. 5. 8. „et soles melius *nitent.*" — *us.* 10. *non — haec suffragia agnosco*] non pro vera accipio hancce tuam ingenii mei laudationem. — *nimium nosmet praedicas*] Graeci: ἄχθος ἐχὼν αἰνεῖσθαι λίαν.

Tamque esset apud nos pátiens atque indúlgens, quam tu
(cum tuis.
O. A. Non, Pántomale, haec suffrágia agnosco: nímium nosmet
(praédicas.
P. 'Edepol omnes nós id scimus ét laudamus plúrimum:
'Utinamque omniá tibi eveniant, nós quae optamus sérvuli.
A. Immo óssibu' pellibúsque vestris, quídquid optastís mihi.
P. Cár ita suspicáris? Numquid nós in aliquo núnc gravas?
A. Non; séd quia naturále, odisse dóminos sine discrímine.
P. Mala ínprecamur múltis, verum ést, et saepe et líbere,
Séd illis sycophántis et malíloquis, quod nosti bene.
A. Age, crédo. Sed quid dóminum aiebas? P. Rém divinam
(coéperat:
Magus erat praesto cúm ministris: ómnes intus túnc simul.
O. A. Quíd 'st, fores quod vídeo clausas? crédo, sacram rém
(gerunt.
'Evoca aliquem. P. Hem Zéta! hem Theocles! áliquis huc
(adsít cito.
Quídnam hoc esse dícam? Nemo est: íngens est siléntium.
A. Ita iánitores nón solebant sómniculari ista ín domo.

---

vs. 13. *ossibu' pellibusque vestris*] non insolens dicendi ratio. Cf. supra ad I. 202. — *vs.* 14. *in aliquo nos gravas?*] nos alicuius criminis accusas: nisi malis accipere pro *gravaris*, i. e. num tibi aliqua in re molesti sumus? Denique otest fieri, ut illud intelligat Pantomalus: num tu servis *gravis* es et durus, nde sis ita certus de illorum odio? — *vs.* 15. *odisse dominos*] Cf. supra 'antomalus, II. 4. 1. Add. Theophilus *ad Instit.* I. VIII. § 142. *φύσει δοῦλος τοῦ δεσπότου πολέμιος*, ubi complura a Fabrotto collata, et estus „quot servi, tot hostes." — *vs.* 18. *quod nosti bene*] non moras, nos illis tantum mala imprecari. — *vs.* 21. *Theocles*] itaque merolo plures erant, quam duo, servi. — *vs.* 23. Scil. quando vivebat'

gionis causa ab importunis cautio est. Eamus huc ad pseudothyrum, quam nosti bene. A. Quid si illic clausum est? P. Ne vereare, me duce. Noster ille est aditus: claudi, non intercludi potest.

MANDROGERUS, SYCOFANTA, SARDANAPALLUS.

M. O me miserum! Sy. O me infelicem. Sa. O me nudum et naufragum! Sy. O magister Mandrogerus! Sa. O Sycofanta noster! M. O pater Sardanapalle! Sa. Sumite tristitiam miseri sodales, cucullorum tegmina: plus est hoc quam hominem perdidisse: damnum vere plangitur. Quid agitis nunc potentes? quid de thesauris cogitatis? Aurum in cinerem ver-

---

C. Pith. et Paris. *rem divinam.* *cautio est*] in C. Voss. suprascr. (a Voss.?) *cavendum est. Donat. in Terent.* *eamus huc*] Lindenbrog. ad Ammian. XIV. 1. omitt. *huc.* *pseudothyrum*] C. Pith. in gloss. *ostium remotum a publico.* *quam nosti*] C. Pith. Paris. et Pareus: *quod nosti:* in marg. C. Voss. additur (a Voss.?) *sic saepe quod nosti bene usurpat;* Lindenbr. ad Amm. l. l. *quam bene nosti.* *duce*] C. Pith. et Paris. *ducere.* *illic est*] C. Paris. *est ille.* (Sc. II.) Sa. *Sumite*] C. Pith. Sy. *sumite.* *cucullorum*] C. Pith. adscr. *i. viatorum.* *vere*] Ritt. teste, voluit aliquis *vero.*

---

ibi „pater avarus Euclio." — *vs.* 24. *ab inportunis cautio est*] aut fallor, aut *cautio est* h. l. valet *cavetur*, non, quod Voss. (?) ex Donato volebat, *cavendum est. Importuni* autem sunt, quiqui *non opportuni* veniunt, quae vis est Francorum vocabulo *facheux.* — *quod*] scil. ψευδοθύρου, sive, quod etiam usurpatur aliquando, *pseudoforum.* Vid. Salmas. ad *Hist. Aug. Scr.* II. 405. coll. 296. Vertit Lindenbrog. (ad Ammian. XIV. 1.) *une fausse porte:* satis quidem ad etymologiam, sed parum recte, ut vi-

P. Crédo, religiónis causa ab ínportunis caútio est.
Huc ád pseudothyrum eámus, quod ností bene.
A. Quid, si íllic clausum 'st? P. Né vereare, mé duce.
Nóster ille est áditus: claudi, nón intercludí, potest.

SCENA II.

MANDROGERUS, SYCOPHANTA, SARDANAPALUS.

M. 'O me miserum! Sy. O me ínfelicem! Sa. 'O me nudum (et naúfragum!
M. O Sárdanapale! Sa. O Sycophanta? Sy. Magíster Man- (drogere ó pater!
Sa. Sodáles miseri, trístia cucullórum sumite tégmina.
Plus ést hoc, quam hominem pérdidisse: dámnum vere plán- (gitur.
Quid dé thesauro agitís potentes? Aúrum in cinerem vérsum (est.

---

detur. Etenim revera aderat ista ianua, sed a vulgi conspectu, et, ut animadvertitur in gloss. Cod. Pith., a publico remota erat; quales Graeci etiam παραθύρας et παραθύρια nuncupant. Cf. Salm. ad *Hist. Aug.* II. 675.

— *vs.* 27. *noster ille est aditus*] nam servi *ostio postico* uti solent. Cf. Plaut. *Stich.* III. 1. 41. — *claudi, non intercludi*] elegans et bene Latinum verborum discrimen. Quamvis clausa sit ianua, nos tamen servi aditum exitumque reperimus.

Sc. II. vs. 3. *cucullorum*] in luctu caput tegi antiquis gentibus commune fuit. — *vs.* 4. *damnum vere plangitur*] Cf. apud Iuven. XIII. 134. „Plorratur lacrimis amissa pecunia veris," et quae versum istum praecedunt.

— *vs.* 5. *de thesauro agitis potentes*] *ob* thesaurum vos *pro* potentibus ge-

sum est: utinamque totum sic fieret aurum: magis essemus divites. M. Depone pauper inane pondus, lacrimas demitte funeri. O fallax thesaure! nae ted ego per maria et ventos sequor: propter te feliciter navigavi: propter te feci opipia: mathesin et magicam sum consecutus, ut me sepulti fallerent? aliorum fortunam exposui; fatum ignoravi meum. Iamiam omnia recognosco, varia haec phantasmata. Erat hic plane bona fortuna, sed alteri debebatur, non mihi: nostra haec mutavere fata: thesaurum nos sed alienum invenimus. Quaenam haec est perversitas? nunquam ego flevi meum, nunc plango alienum: et te, Querole, iustus non tangit dolor? SA. O crudele aurum! quisnam te morbus tulit? quis te sic rogus adussit? quis te subripuit magus? Exheredati nos, thesaure: quisnam

---

pauper] Ritt. et Par. *paulisper*. *ego*] C. Pith. *g*. *sequor*] C. Pith. et Paris. *sequar*. *iamiam*] C. Vet. *iam*. *haec est*] C. Vet. Pith. et Paris. *est haec*. *quoniam*] C. Vet. Ms. Grut. C. Voss. et Paris. *quoniam*, C. Pith. *qm̃*, Grut. et Par. *quo iam*.

---

ritis; quasi hoc thesauro potentes seu divites facti sitis. Huius glossa fuit, opinor, „quid de thesauris cogitatis." — *aurum in cinerem versum est*] Graecum adagium: ἄνθρακες ὁ θησαυρός. Similiter Plaut. *Rud.* IV. 7. 31; Tibull. (ed. Heyne) I. 9. 12; Ovid. *Amor.* III. 8. 66; Propert. II. 23. 4; Phaedr. *Fab.* V. 6. 6. Hoc loco propria verborum significatio usu veniebat. — *vs.* 6. *magis essemus divites*] nam tunc nulla alienarum divitiarum invidia nobis paupertatem nostram graviorem redderet. — *vs.* 8. *per maria et ventos sequor*] ut assequerer, omnia navigationis incommoda sponte tuli. — *vs.* 11. De huiusmodi hariolis „qui sibi semitam non sapiunt, alteri monstrant viam," cf. Enpius (ed. Hessel. 1707), p. 226, ibique Intt. — *vs.* 12. *iamiam*] sensim, dum me colligo. — *phantasmata*] somnium respicit, de quo supra II. 1. 28 sqq.

Utinám sic totum fíeret aurum: mágis essemus dívites.
M. Depóne, pauper, ináne pondus. Lácrimas demus fúneri.
O Fallax thesaúre! Nae te ego pér maria et ventós sequor:
Própter te bene návigavi: própter te feci ómnia.
Máthesin sum et magicám secutus, me út sepulti fállerent.
Aliórum exposui fortunam, fátum ignoravi meum.
Omnia recognósco iamiam vária haec phantásmata.
Plane fortuna érat hic bona, sed débebatur álteri.
Fáta haec mutavére: alienum nós thesaurum invénimus.
Quaénam haec pervérsitas est! Núnquam ego flevi meum,
Plángo alienum núnc: te, Querole, iústus non tangít dolor.
Sa. O crúdele aurum, quísnam te morbús tulit?
Quís rogus te sic adussit? quís te subripuit magus?
Exhéredasti nós, thesaure. Quónam redituri sumus

— *vs.* 13. *fortuna - bona*] nam Querolus ex opinione Mandrogeri ignorabat, ossa avi sui eo loco esse condita. Atqui religioso nepoti repertus hic cinis vere erat *bona fortuna*, ac (*vs.* 14.) *thesaurus*. — *vs.* 16. *plango*] proprium in lamentandis mortuis. Hoc vult autem Mandr. Nunc ego de alieno mortuo acerbissimo luctu affligor, qui neque *flevi* meum. — *iustus*] quippe de avi funere. — *vs.* 17. *O crudele aurum*], similiter „argentum fugitivum" alloquitur Syrus Terentianus, *Heaut.* II. 2. 2. coll. III. 6. 11. — *vs.* 18. *adussit*] insolenter de eo, cuius *nulla pars* supererat. — *vs.* 19. *exheredasti*] eleganter dictum. Similis enim erat istorum conditio atque heredipetarum, qui, mortuo quodam divite, praeter spem exheredatos se comperirent. Audacius Plautus, *Bacch.* IV. 8. 8. *exheredem vitae facere* dixit pro *interficere*; sed, Festo teste, *heres* apud antiquos pro *hero* seu domino dictum est. — *quonam redituri sumus*]

redituri sumus tot abdicati? quae nos aula recipiet? quae nos olla tuebitur? M. Accede, amice, aulam iterum atque iterum visita. Sy. Aliam spem quaerere, amice, poteras; haec iam non calet. M. Perlege, quaeso, iterum titulum funeris atque omnem scripturae fidem. Sa. Quaeso, inquam, sodes: funus egomet quodlibet contingere nequeo: nihil est quod metuam magis. Sy. Metuculosus homo es tu, Sardanapalle: ego perlego: TRIERINUS TRICIPITINI FILIUS CONDITUS ET SEPULTUS HIC IACET. Hem me miserum, hem me miserum! M. Quidnam tibi est? Sa. Anima in faucibus. Audieram egomet olere aurum: istud etiam redolet. M. Quomodo? Sy. Claustrum illud plumbeum densa per foramina diris flagrat

---

tricipitini] C. Pith. *tricipini.* *hem me miserum*] in C. Vet. haec semel exstant: Ritt. et Par. *heu* pro *hem.* *faucibus*] C. Vet. addit: *haeret.* *illud pl.*] C. Pith. *istud pl.* *diris*] C. Vet. Voss. Pith. et Paris. *duris.* *flagrat*] Ritt.

---

quo nos recipiemus? — *vs.* 20. *tot abdicati*] persequitur imaginem exheredationis. Nam abdicati filii sunt, qui non agnoscuntur: cf. Plin. *H. N.* VI. 22. Quint. *Inst. Or.* III. 6, Val. Max. V. 7. Sueton. in *Aug.* 65. Erant autem *tot*, tres numero, qui difficulter in unis aedibus reciperentur. Cf. infra V. 4. 4. — *quae nos aula — olla*] ludit auctor in simili vocis et scriptura et sono: qua domo excipiemur, qua coena explebimur, quum iam nunc aulam simul et ollam perdiderimus? Ita duntaxat explicandum videtur, nisi illud *olla* sit emblema librarii, iocum reddere volentis manifestiorem, atque ob eam causam legi praestet: »*atque* tuebitur." — *vs.* 21. *visita*] parum classice pro *inspice.* — *vs.* 22. *haec iam non calet*] ductum a ferro, quod, dum caleat, ad quemlibet usum formatur: ubi refrixerit, frustra tunditur. Ita *calet* reperitur in Plaut. *Poen.* IV. 2. 92: porro *calidum* et hoc, et cognato celeritatis sensu, in *Epid.* I. 2. 39. (ubi vid. Taubm.) et II. 2. 71.

Tot ábdicati? Quó nos aula récipiet, olla tuébitur?

M. Accéde, amice, aulam íterum atque iterum vísita.

Sy. 'Aliam spem (tibi), amíce, quaerere póteras: haec iam (nón calet.

M. Fúneris iterum pérlege titulum atque ómnem scripturáé (fidem.

Sa. Fúnus ego contíngere nequeo; níhil est, quod metuám (magis.

Sy. Sárdanapale, homó tu meticulósus es: ego pérlego:

Trierínus Tricipitíni conditus ét sepultus hic iacet.

Heú me miserum! heú me miserum! M. Quíd 'st tibi? Sy. (Anima in faúcibus.

Aúrum olere ego aúdieram: istud étiam redolet. M. Quó- (modo?

Sy. Claústrum id plumbeum pér foramina díris fragrat odó- (ribus.

Most. III. 1. 135, *Mil.* II. 2. 71; tum et *calide*, *Epid.* II. 2. 99. Neque aliunde fortasse ducenda est significatio verbi *frigere* de eo, quod durum ingratumque videatur, parumque placeat. — *vs.* 23. *scripturae fides*] Cf. supra ad Rutil. vs. 23. *Fides* autem scripturae dicitur h. l. scriptura, quae fidem facit: prouti apud Ter. *Andr.* II. 3. 27, et Florum I. 2, ubi cf. etiam ea, quae laudat Dukerus. — *vs.* 24. *funus ego contingere nequeo*] Iudaica fere religio: quales iam sub primis Imperatoribus frequentes a Romanis observari coeperant. Cf. Horat. *Serm.* I. 9. 70. et Iuven. VI. 543. XIV. 96 sqq. — *vs.* 25. *meticulosus*] Horat. l. l. *infirmus* usurpat. Valet utrumque: religiosus, superstitiosus. — *vs.* 27. *anima in faucibus*] exclamat hoc Sycophanta, non Sardanapalus, qui urnam tangere recusaverat. — *vs.* 28. *redolet*] auget vim praepositio, quasi dicat *nimis* olet, quam vim habet illud *re* e. g. in *redundare*. — *vs.* 29. *claustrum*] operculum, vid. infra V. 3. 129. — *plumbeum*] de consulto auctor plumbeum operculum inducit: unde mox Mandrogerus urnam funestam adeo gravem arbitretur. Cf. l. modo laud.

odoribus. Nunquam antehac comperi, eorum sic ranciscere; usurario cuilibet foetere hoc potest. M. Quisnam cinerum est odor? Sy. Ille pretiosus atque tristis cultus, quem poscit miser. M. Honorifice hoc bustum tractatum apparet, cuius adhuc sic redolet dignitas. Sy. Ego istaec non pertulissem, si recinenti ac monenti credidissem graculae. Sa. Ego in laqueos non incidissem, si monita curti servassem canis. M. Et qualiter te admonuit? Sa. Egredienti mihi ad angiportum suras omnes conscendit. M. Utinam tibi crura ipsa enervasset, ne unquam inde movisses pedem. O Euclio funeste! perumne vivus illusisti? ne defunctus desinens? Et quid ego non merui, qui agelasto illi et perfido fidem accommodavi? et fortunas meas in ipso risit exitu? Sy. Heia, quid nunc facimus. M. Quid autem

---

et Par. *fragrat.* *antehac*] C. Vet. Voss. Pith. et Paris. *ante haec.* *graculae*] C. Pith. et Paris. in glossa *nomen uxoris suae:* Ritt. et Par. *graculo.* *ego in*] C. Pith. et Paris. omitt. *ego.* *conscendit*] C. Vet. *conscidit.* *ne defunctus*] Par. *defunctusne.* *desinens*] C. Vet. Pith. et Paris. *desines*, Par. *desines?* *Et quid*] Grut. *Hei quid.* *agelasto*] in C. Vet. irrepserunt: *agelastus est sine risu*, in C. Voss. et Pith. ita: *merui, qui agelastus est sine ius* (sic, an ex *risu* corr.?) *minimo stans. Agelasto:* in C. Paris. eadem inter *merui* et *qui* interiecta sunt. *et fort.*] Grut. *hei! fort.*

---

et, quem laudat Canneg., Donius, *Inscr.* p. 181. Corruit itaque Barthii reprehensio (*Advers.* 2011), fatuum esse commentum, hominem astutum vel e pondere non urnam auri plenam et eam, quae cinere leviter inspersa esset, discernere potuisse. — *vs.* 30. *ranciscere*] frequentativum, quod raro invenitur; ab antiquo verba *rancere.* — *vs.* 31. *usurario*] cui hominum generi „si vel os argento verberetur, isti perfacile ictus pepetiuntur argenteos." Vide sis Plaut. *Most.* III. 1. 92. Add. illud de Vespasiano Imp. apud Sueton. c. 23. — *vs.* 32. *cultus quem poscit miser*] cultus *miser est*

30. Nunquam ántehac comperi aúrum sic rancíscere:
Foetére cuilibet úsurario hóc potest.
M. Quisnam ódor est cinerum? Sy. Illé pretiosus, cúltus (quem poscít miser.
M. Honórifice hoc tractátum bustum, cúius sic redolet díg- (nitas.
Sy. Non pértulissem haec, sí recinenti crédidissem gráculae.
35. Sa. Non íncidissem in láqueos, curti mónita audissem sí canis.
M. Et quáliter admonuit te? Sa. Egredientí mihi
Ad ángiportum súras omnes cónscidit.
M. Crúra utinam tibi ipsa énervasset, ne índe movissés pe- (dem.
Vivúsne parum, Euclio, íllusisti, né defunctus désinas?
40. Quid nón merui, qui agelásto et perfidó fidem
Accómmodavi, meás fortunas qui ípso risit éxitu?
Sy. Quid fácimus nunc? M. Quid, nísi quod dudum (díximus,

---

lugubris, funereus. Altera itaque haec erat erroris causa, odorari eos in urna tales odores, quales in funeribus revera adhiberi solebant (cf. e. g. Iuven. IV. 109.): quosque, ut tutius lateret aurum, Euclio in urnam infuderat. Cf. supra ad Rutil. vs. 20. — *vs.* 34. *recinenti*] sic Horat. *Carm.* III. 27, 1. *parrae recinentis.* Fere intelligam: reditum suadentis; sed vid. ibi Mitscherl. et Horat. *Carm.* III. 28. 11. Caeterum stridens gracula sive graculus, et canis, inprimis qui auribus et cauda abscissa deformis esset, mala erant omina. — *vs.* 39. *ne defunctus desinas*] quae causa sit, quominus ne post obitum quidem desinas. — *vs.* 40. *agelasto*] quippe avaro, quod genus hominum solet esse triste ac morosum. Notum est, fuisse illud ditissimi Crassi cognomen. Cf. Plin. *H. N.* VII. 19. — *vs.* 41. *accommodavi*] Cf. supra ad Rutil. vs. 29. — *ipso exitu*] scil. *suo*: in ipsa morte. Nisi tu potius intelligas *rei* exitum, illud nempe tempus, quo *fortunas suas*, i. e. thesaurum, iam tenere sibi videbatur Mandr. — *vs.* 42. *dudum*] *modo*, non ita

nisi, quod dudum diximus, ut nos saltem de filio eius Querolo ulciscamur probe? atque illum quoniam est credulus, mirificis laudemus modis: aulam illi per fenestram propellamus clamculum, ut et ipse lugere incipiat, quem nos iamdudum plangimus. Pedetemptim accede atque ausculta, Querolus quid rerum gerat. Sa. Consilium placet. M. Accede edepol, sed urbane respice. Sa. Attat, quid ego video? Omneis nunc intus homines fustes ac virgas tenent. M. Credo edepol isti malam fortunam exspectant, creduli. Accede atque homines miris terrifica modis; malam illam dicito esse te et comminare, tanquam in aedes inruas. Sa. Io Querole. Q. Quis tu homo es? Sa. Fores celeriter vides. Q. Quamobrem? Sa. Ut domum rursus ingrediar meam. Q. Hem Zeta, hem Pantomale: hac atque illac obsistite. Abi hinc potius, mala fortuna, quo te sacerdos detulit. Sa. Hem, Querole. Q. Quid, rogo, nomen tu vocitas meum? Sa.

---

ulciscamur probe?] C. Voss. *ulciscamur? probe.* *laudemus*] Pithoeus in Rittersh. adnotat. et Canneg. *ludamus*, Par. *laudamus.* *quem nos*] *quam* (*scil. urnam*) *nos.* *urbane*] Koen. ob metrum *turbane.* *ac virgas*] C. Voss. Pith. et Paris. *et virgas.* *credo*] C. Voss. Pith. et Paris. *crede.* *isti malam*] Ms. Grut. C. Voss. Pith. et Paris. *isti illam malam.* *inruas*] C. Vet. *ruas*, quod recipit Par. *celeriter vides*] Grut. et Par. *violes*, Koen. *recludas*, Canneg. *celeriter* (*scil. aperito*) *sodes.*

---

dudum. Sic de parvo temporis intervallo dicitur *iamdudum* a Virg. *Aen.* IV. 1. Similiter idem *Ecl.* VI. 16. *procul* (vid. ibi Intt.) et *Aen.* XII. 470. *longe.* — *vs.* 46. *quem-plangimus*] scilicet mortuum illum, Trierinum. — *vs.* 48. *urbane-respice*] prudenter cave, ne te videat Querolus. — *vs.* 49. *quid video?*] scil. per humiles istas fenestras

De filio ejus Querole saltem ut ulciscamur nos probe,
Atque illum, quoniam credulus est, mirificis ludamus modis.
Aulam per fenestram illi propellamus clanculum,
Ut lugere incipiat ipse, quem nos dudum plangimus.
Pedetentim accede, atque ausculta, Querolus quid rerum (gerat.
Sa. Consilium placet. M. Accede edepol, urbane sed respice.
Sa. Attat, quid video! Omnes intus fustes ac virgas tenent
M. Credo edepol, malam fortunam exspectant isti crduli:
Accede atque homines miris terrifica modis.
Dic te esse malam illam, et comminare, tanquam in aedes (inruas.
Sa. Io, Querole! Q. Quis homo tu? Sa. Celeriter fores
Vide. Q. Quamobrem? Sa. Rursus ingrediar domum (ut meam.
Q. Hem, Zeta! hem, Pantomale! hac illac obsistite.
Abi hinc potius, mala fortuna, quo sacerdos detulit.
Sa. Hem, Querole. Q. Nomen quid, rogo, tu vocitas (meum?

(Cf. supra II. 1. 42.) domum introspicit. — *vs.* 54. *fores vide*] abrupta oratio pro vide, seu cura, ut aperiantur. Ita Ter. *Heaut.* III. 1. 50. *vinum lenius vide* scil. ut nobis praebeas. Cic. *ad Att.* V. 1. *ut prandium nobis videret.* Ita Graeci etiam: cf. Homer. *Odyss.* Θ. 443. Βῆ πῶμα. — *vs.* 56. Querolus pone ianuam clausam adstans non videbat, quis illum appellaret: proinde agnoscere haud potuit Sardanapalum. At vero ob eandem causam alieno loco positum videtur istud: *abi hinc potius, mala fortuna*, antequam dixisset Sardan.: *ego sum tua fortuna* caet. Quare lubenter equidem hunc versum post illum: *ego sum tua*, caet. collocaverim. Quod si recipiatur, *abscede hinc* fortasse pro glossa ex *abi hinc*

Ego sum tua fortuna, quam redituram praedixit magus: Q. Abcede hinc: ego hodie fortunam non recipiam nec bonam. M. Heus, tu, Sycofanta, ad ianuam sta: homines sevoca, dum ego bustum hoc per fenestras ingero. Sy. Aperite hanc ianuam. Q. Omnes celeriter huc accurrite. M. Ecce tibi thesaurum, Querole, quem reliquit Euclio: talem semper habeas, talem relinquas filiis. Omnia sunt perfecta: nos hinc ad navem celeriter, ne quod etiam nunc subito hic nobis nascatur malum. Sa. Ha! quid hodie acciderit, subeundum est. Tantum recurram huc paululum: perdidi mysterium, nisi ipse Queroli verba audio. Homo est autem et credulus et formidolosus plurimum: qualiter nunc ille exhorrescit mortuum? Admovebo aurem hac leviter. Hem, quidnam ego audio? Omnes intus gaudent, tripudiant. Nulla spes mihi est. Auscultabo iterum. Actum est: felicitas ad istos venit, nobis ergo, nobis male. Omneis intus saccos, capsas, scrinia requirunt: aurum isti tractant: solidi intus tinniunt.

---

recipiam] C. Vet. Pith. et Paris. *recipio.* *ad ianuam*] C. Vet. *ad hanc ianuam*, quod recepit Pareus. *sevoca*] C. Pith. *evoca.* *celeriter*] abest a C. Vet. *quid hod.* C. Vet. *quod hod.*, C. Pith. et Paris. *quicquid hod.* *exhorrescit*]

---

nata habendum fuerit, ut sit vs. 59. Iambicus senarius. — *vs.* 59. *nec bonam*] respicit Mandrogeri monitum, quod supra est III. 1. 22. — *vs.* 60. *ianuam hanc*] nam et alter ad aliquam ianuam, non ad fenestram, unde conspici posset, se contulerat. Sycophanta autem quum *aliam* ianuam (pseudothyrum illud verisimiliter) pulsaret, ipsa re homines *sevocabat*, i. e. in aliam aedium partem vocabat, unde Mandrogero nasceretur occasio, nemine eorum, qui intus erant, conspiciente, urnam per fenestram iniiciendi. Lectionem *hanc* confirmat mox Sycophanta (vs. 62.): *aperite ianuam hanc.*

SA. Ego sum tua fortuna, quam reditúram praedixit magus.
Q. Abscede hinc: fortúnam ego hodie non recipio néc bonam.
M. Heus tu, Sycophánta, ad ianuam hánc sta: homines sévoca,
Hoc ego dum bustum pér fenestras íngero.
SY. Aperíte ianuam hánc. Q. Celeriter ómnes huc accúrrite.
M. Ecce tibi thesaúrum, Querole, quém reliquit Eúclio,
Tálem semper hábeas (ipse), talem et linquas fíliis.
Omnia perfecta: nós ad navem hinc céleriter,
Ne quód nunc subito hic nóbis nascatúr malum.

SCENA III.

SARDANAPALUS.

Quod hódie acciderit, ést subeundum: húc recurram paúlum.
Pérdidi mystérium, nisí Queroli verba áudio.
Homo crédulus et formídolosus plúrimum est:
Nunc ílle qualiter éxhorrescit mórtuum?
Aurem ádmovebo hac léviter. — Hem, quid ego aúdio?
Gaudént, tripudiant íntus. Nulla spés mihi est.
Iterum aúscultabo. — Actúm 'st. Felicitás venit
Ad ístos. Nobis érgo, nobis ést male.
Intús requirunt sáccos, capsas, scrínia:
Aurum ísti tractant; íntus solidi tínniunt.

Scena III. vs. 1. Sardanapalus, avens cognoscere rei exitum, contemnere se dicit periculum, quod sibi, ni fugiat, imminere possit. — *vs.* 2. *perdidi mysterium*] i. e. perdidi fructum fraudis, qua Querolum ludificati sumus, nisi clamantem eum atque indignantem audiverim?

Heu me miserum! Vita erat, ubi nos mortem putabamus esse conditam. Erravimus miseri, sed non simpliciter; erravimus et non semel. Metamorphosis hic agitur: bustum abstulimus, aurum abiecimus. Sed quid ego? Nunc solum hoc restat nunc mihi, ut pro fure iam nunc tenear. Ibo ad coniuratos meos, ne tantum facinus verumque funus solus egomet defleam.

LAR FAMILIARIS.

Tandem urna peperit auri gravida pondera, vilisque mater grande puerperium dedit, indigna quae frangeretur. Tanta hoc non meruit fides. Magna plane aula et memorabilis uno atque eodem tempore domino fidem persolvit, furtum fecit furibus. O sapiens Euclio: nos iactantes non sumus; thesaurum servasti vivus, liberasti mortuus. Omnes itaque homines nunc intellegant, neque adipisci neque perdere velle aliquid, nisi ubique faveat totum ille qui potest. Quantum ad personam Queruli

---

Grat. Par. et Canneg. *exhorrescet*. *erravimus et non semel*] Par. legit *sed pro et*, atque haec uncis includit. *quid ego. Nunc*] C. Pith. et Paris. *quid ego nunc?* Canneg. pro *nunc* legit *nonne*. *nunc mihi*] Par. omitt. *nunc*. *ibo*] C. Pith. *ideo*. (A. V. S. I.) *pondera*] Ritt. et Par. *pondere*. *frangeretur*] C. Paris. *frangerentur*. *magna plane*] Koen. metri gratia interponit *est* vel *ast*. *nunc*] Koen. praefigit *iam* vel *ut*. *ubique*] God. S. Victoris. (de quo vid. proleg.) *ubi*. *faveat*] C. Vet.

— *vs.* 11. *vita*] pecuniam passim hominum vitam, animum, sanguinem dixi, res notissima est. Iam olim ita Hesiod. *O. et D.* vs. 631. — *vs.* 12. *non simpliciter — haud semel*] duplex fuit error; namque recte mox idem „(vs. 13.) bustum abstulimus, aurum abiecimus."

Act. V. Sc. I. vs. 1. *pondera*] solemne vocabulum de foetu in utero

Me míserum! vília erat, úbi nos mortem essé putabamus
(cónditam.
Errávimus, sed nón simpliciter; míseri erravimus haúd
(semel.
Hic métamorphosis ágitur: bustum abstúlimus, aurum ab-
(iécimus.
Sed quíd ego nunc? Hoc sólum restat núnc mihi,
Ut pro fure ténear. Ibo cóniuratos ád meos,
Ne fácinus tantum et vérum funus sólus egomet défleam.

ACTUS V. SCENA I.

LAR FAMILIARIS.

Tandem úrna peperit aúri gravia póndera,
Vilísque mater gránde puerperium dedit,
Indígna, quae confríngeretur: tánta hoc non meruít fides.
Mágna plane aula, ét memorabilis úno atque eodem témpore
Dómino (suo) fidém persolvit, fúrtum fecit fúribus.
O sápiens Euclio! nós iactantes nón sumus;
Thésaurum servásti vivus, líberasti mórtuus.
Omnés itaque hominés iam nunc intéllegant,
Neque ádipisci aliquem néque valere pérdere,
Nisi ubíque faveat ílle, totum quí potest.

---

materno. Cf. Ovid. *Am.* II. 14. 14, *Met.* IX. 684 et 703. Fortasse propius ad hanc imaginem accesserunt, qui legunt: *gravida pondere.* — *vs.* 4. *magna*] magnae famae ac honoris, nobilis. — *vs.* 6. *iactantes non sumus*] scil. quod te laudamus sapientem. — *vs.* 9. Cf. Eurip. *Ion.* οὐκ ἔχω λαβεῖν ὅστις μὴ χαίζων θεὸς δικλέπτει, — *vs.* 10. *ubique*]

spectat, perfecta iam sunt omnia. Sed Mandrogerontem illum furem ac perfidum nunc illaqueari volo; qui ubi primum hoc audierit, remque omnem agnoverit, continuo rediturus est, ut thesaurum dividat. Codicillos etiam proferre audebit, quibus ita coheres scriptus est, si aulam Querolo sine fraude ostenderet. Quid huic merito eveniat, nisi quod iam nunc fiet? Ferat, quod facere voluit: nam quod fecit, nostrum est.

QUEROLUS, ARBITER, PANTOMALUS.

Q. O Arbiter, iamne credis, quod vidisti modo? A. Edepol credo et scio. Q. Quid tu, Pantomale, dicis? P. Quid ego dico nunc fieri ut posthac desinas? Q. Mens mihi gaudio est confusa: quid primum stupeam et gaudeam? consiliumne senis nostri an divinitatis? A. In primis bonum divinitatis. Nam si ad hominem respiciendum est, facile intellegitur et apparet,

---

foveat, C. Pith. et Paris. *faveant*. *Mandrogerontem*] haec vitiosa lectio exstat etiam bis infra: et in Cod. Voss. legitur in ipso personarum Indice *Mandrogeron*. Orta videtur ab iis etymologiarum fautoribus, qui iam olim, perinde ac Ritt. et Par. fecerunt, nomen ex μάνδρα et γέρων ductum affirmarunt, ut Mandrogerus esset quasi ἀρχιμανδρίτης. Ms. Grut. vero h. l. exhibet *Mandrogerum ante*. *fieri*] C. Voss. et Vet. *fieri*, C. Pith. *fieri?*, Par. Koen. et Canneg. *fiere*, Ritt. *fiere* vel *queri*. *A. in primis*] Koen. tollit hinc personam, quam reponit post voc. *bonum*.

---

i. e. per omnia, nisi malis legere: *ubi faveat huic ille* caet. — *totum qui potest*] Deus ὁ παντοκράτωρ. Rursus, uti saepius etiam supra; *totum* dixit, ubi antiquiores maluerint *omnia*. — *vs.* 12. *illaqueari*] subtili ac perplexa argumentatione confutari atque in angustias coniici. — *vs.* 15. *codicillos*] litteras illas Euclionis. Hoc loco auctor eas legitimo verbo *codicillos* vocat, sed iterum contra Iuris Romani rationem

Quantum ád personam Quéroli spectat, súnt iam perfecta (ómnia:
Sed Mándrogerum illum fúrem ac perfidum íllaqueari núnc (volo:
Qui ubi prímum hoc audierít remque omnem agnóverit,
Reditúrus continuo ést, thesaurum ut dívidat.
Proférre audebit códicillos, quíbu' coheres scríptus est
(Ita), aúlam Querolo sí sine fraude osténderet.
Quid mérito huic veniat, nísi quod fiet núnc ïam?
Quod fécit, nostrum est: fácere quod voluít, ferat.

SCENA II.

QUEROLUS, ARBITER, PANTOMALUS.

Q. Iam crédin', modo quod vídisti, Arbitér. A. Edepol (credo ét scio.
Q. Quid tú, Pantomale, dícis? P. Quid ego? Flére ut post- (hac désinas.
Q. Mens míhi confusa est gaúdio. Quid stúpeam primum (et gaúdeam,
Nostríne consiliúm senis, divínitatis án bonum?
A. Divínitatis prímum. Nam si réspiciendum est ád ho- (minem,

---

coheredem codicillis institutum esse minus recte affirmat. Cf. supra praef. ad Rutil. vs. 23. — *vs.* 18. *nostrum est*] scil. factum et meritum. — *facere quod voluit, ferat*] quum furto damnum voluerit facere Querolo, iam ipse a Querolo furtum patiatur eius partis, quam Euclio ipsi adsignaverat.

Sc. II. vs. 4. *nostri-senis*] i. e. patris. *Noster* sic peculiariter de iis,

furem tibi plus profuisse quam patrem. Q. Quid de memet censes, qui tam tarde agnoverim fragmenta urnae illius, quam iam dudum noveram? A. Ego mihi non credideram, nisi quod ilico inspexi locum terramque motam: ante hoc non credidi. P. Atqui ego nihil dubitationis recepi, ibi in testulis quasdam litteras vidi. Q. Ergo istaec omnia Mandrogerus ille fecit? A. Aut quid fieri aliud potest? Q. O sceleratum hominem, magum mathematicum qui sese diceret! Egone manibus meis praesidium paternum ut efferrem de domo, ego memet domine conderetur, ego ut redeunti obviarem thesauro? Hoc est plane, quod Lar familiaris praedixit meus, etiam renitenti ac repugnanti

---

fragmenta] Canneg. *figmenta*. *ibi in*] Ritt. et Par. *ubi in*. *aut*] Ritt. et Par. *at*. *quid fieri aliud*] Canneg, *a quo fieri alio*. *hominem*] C. Vet. *homine*. *mathematicum*] Ritt. et Par. addunt *que*. *domine conderetur*] Ritt. et Par. praefigunt his *ut opponerem*; C. Pith. in contextu *condere*, in glossa *conderetur*. Vossius (?) in marg. Cod. Voss. improbat, Canneg. vero probat, lectionem *conderem*. *plane quod*] C. Voss. Pith. et Paris. *plane illud quod*.

---

qui in cognatis vel familia numerantur: infra etiam Sc. III. 35. Cf. porro Plaut. *Amph.* I. 1. 243. Ter. *Ad.* V. 8. 28. — *bonum*] fortasse iungendum est cum vocabulo *consilium*. Sed munus illud Laris magis fuit donum, quam consilium. Igitur nescio an *bonum* intelligendum sit beneficium, quod Querolo a Deo obtigit. Non infitiandum tamen, rariorem hoc sensu usum vocis *bonum* esse in singulari numero. — *vs.* 8. *iam dudum noveram*] ita mox (vs. 12) Pantomalus inscriptionem dicit agnovisse se. Namque Euclio peregre vadens urnam hanc tanquam *tumulum suis commendavit*. Cf. supra I. 1. 15. Etiam Arbiter (vid. mox vs. 9.) sciebat, ubi ista urna, quam funebrem credebant, condita fuisset; nam quum inspexerat locum

Facile intellegitur, fúrem plus tibi práfuisse quám patrem.
Q. Quid cénses de me, quí tam tarde agnóverim
Fragménta urnae illiu', quám iam dudum nóveram?
A. 'Ego non crédiderám mihi, nisi quod illíce inspexí locum
Terrámque motam: nón hoc ante crédidi.
P. Atquí recepi egó dubitationis nihil,
Ubi vídi quasdam lítteras in téstulis.
Q. Mandrógerus ergo iste ómnia fecit. A. 'Aliud quid fieri (potest?
Q. O scéleratum hominem, quí magum et mathématicum (se díceret!
Egón' manibus meís paternum praésidium efferrem út domo,
Ego me út reconderém domi, redeúnti ut obviárem ego?
Hóc est plane, fámiliaris Lár quod praedixít meus,

An *vs.* 9 et 10. *Nisi úbi locum inspexi terramque mótam, non mihi crédidi.*
vs. 11 et 12. *Ego níl dubitavi, quásdam ubi vidi lítteras in téstulis.*
vs. 17 et 18. *Plane hóc praedixit Lár, pugnanti omnia ventura mí bona.*

---

terramque motam, rem intelligit. — *vs.* 13. *aliud quid fieri potest*] qua aliâ ratione *fieri illud* potuit? — *vs.* 15. Mirantis atque indignantis quasi interrogatio. „Ergone artibus praestigiatoris eo duci me passus sum, ut ipse *praesidium* (de quo vocab. supra I. 2. 291.), a patre relictum, proiicerem, atque ipse mea opera prohiberem, quominus in manum illud rediret." Vim habet h. l. ter posita vocula: *ego*. Ad sensum facit locus e Plaut. *Bacch.* II. 3. 49. „adeone me fuisse fungum, ut qui illi „crederem." — *vs.* 16. *obviarem*] Cf. supra ad I. 3. 19. — *vs.* 17.

ventura mihi omnia bona. A. Quam pulcre factum est, ut cupiditas falleretur sic hominis fallacissimi. Q. Credis, Arbiter meus, ut nosti mores munificos nimis? munerare hercle possim hominem, si nanciscerer. Ita ridicule sceleratus fuit, atque ipse sese lusit in omnibus. A. Ille quidem, ut scimus, male meruit perfidus: sed quoniam tibi per illum bene venerunt omnia, omneis illi bene optamus, facto, non merito suo. Q. Attat, quidnam est? Nisi fallor, Mandrogerus ille est eminus; quidnam ille hic revenit? novum credo aliquod praestigium iterum hac exhibet. Abi celeriter intus, Pantomale, et fragmenta urnae illius hic ad nos exhibe. A. Placet hercle. Q. O bone arbiter, fraudulento isti magnam iniciamus calumniam: thesaurum nostrum ab hoc ereptum poscamus modo, atque adstruamus ab ipso nobis alienum mortuum esse coniectum domi. A. Consilium placet. Q. Propositum ergo retineam: sequuntur cetera.

---

ventura] Par. *eventura*. *omnia bona*] C. Vet. Pith. et Paris. *bona omnia*. *falleretur sic*] C. Vet. Pith. et Paris. *sic falleretur*. *meus*] Ms. Grut. *meo*, et antea videtur habuisse *mi*, Ritt. et Par. *meos*. *ut nosti*] Canneg. f. *et nosti*. *hominem*] C. Voss. *homine*. *venerunt*] Ritt. et Par. *evenerunt*. *illi*] C. Voss. *ille*. *optamus*] Canneg. f. *optemus*. *ille est*] Par. omitt. *ille*. *ille hic*] Ritt. et Par. *ille huc*. *exhibet*] C. Vet. Voss. Pith. et Paris. *exibet*. Ritt. et Par. *exibit*. *retineam*] Canneg. *retineamus*. *sequuntur*] Ritt. et Par.

---

praedixit] supra I. 2. 298, sqq. — *vs.* 19. *pulcre*] scil. egit Deus. — *vs.* 30. *calumniam*] callidam et tricosam criminationem. — *vs.* 32. *domi coniectum*] insolentius pro *domum* vel *in domum*. — *mortuum*] i. e. *ossa cineremque* mortui alicuius. — *vs.* 33. *retineam*] scil. in memoria

Etiám renitenti ác pugnanti omnia ventura míhi bona.

A. Pulcre; út cupíditas fálleretur hóminis fallacíssimi.

Q. Crédis, Arbitér, meos nosti ut móres munificós nimis,

Múnerare hércle possim hóminem, si nancíscerer?

Ita rídicule scelerátus fuit, ac lúsit sese in ómnibus.

A. Malé quidem, ut scimus, ílle meruit pérfidus:

Séd quoníam tibí per illum béne venerunt ómnia,

Béne et optámus ómnes illi, fácto, non meritó, suo.

Q. 'Attat, quidnam est? Mándrogerus, nisi fállor, ille est (éminus.

Quidnam húc revenit ílle? credo, nóvum aliquod praestígium

'Iterum hac exhibet. 'Abí celeriter, Pántomale, intus, et (illius

Urnaé fragmenta hic ád nos exhibé. A. Placet.

Q. O bóne, magnam iniiciámus fraudulénto isti calúmniam.

Thesaúrum nostrum ab hóc poscamus nóbis ereptúm modo:

Atque ádstruamus ab ípso alienum dómi coniectum esse (mórtuum.

A. Placet. Q. 'Ergo propositúm retineam: súbsequentur (caétera.

An *vs.* 27. *Quid ille huc revenit? Créde exíbit nóvum aliquod praestígium.*

vs. 28 et 29. *Abi intus, Pantomale, ét fragmenta hue úrnae nóbis éxhibe.*

vs. 31 sqq. *Thesaúrum nostrum ab hóc reposcamús modo*

Eréptum, atque alienum ddstruamus mórtuum

Ab ípso nobis ésse coniectúm domi.

A. Placet. Q. 'Ergo retinedmus propositúm; sequentur caétera.

Cf. supra ad I. 2. 59. coll. III. 1. 10. — *subsequentur caetera*] verba rem séquentur.

QUERCLUS, ARBITER, MANDROGERUS.

M. Ave, mi Querole! Q. Etiam salutas, furcifer, quasi hodie me non videris? M. Vidi edepol te, visumque iterum gaudeo. Q. At ego iam nunc vivo faciam, ne tu iterum facias. M. Eho, quid commerui? Q. Rogas, sceleste, qui hodie domum expilasti meam? M. Mitte istaec face, non sum alienus vobis: domum egomet istam iam pridem colo. Q. Iterum ad magicas? aurum subripuisti hodie meum. M. Fortasis iure feci. Non debebatur et mihi? Q. Pulcre edepol: solus exinde hic fui: ubinam mihi

---

sequantur, Canneg. *sequentur*. (Sc. III.) In personarum indice exhibet C. Paris. *Querolus et Mandrogerus*. *ave mi*] Ms. Grut. *eami*. *vivo*] Ms. Grut. C. Vet. Pith. et Paris. *si vivo*. *expilasti*] C. Vet. *expoliasti*. Parens. *exspoliasti*. *hodie meum*] C. Vet. omitt. *hodie*. *non debebatur*] C. Pith. et Paris. *nam non*, Ritt. f. *nam*,

---

Sc. III. Si quis dicat cavillationes istas, quae iam sequuntur, peracto ipsius fabulae argumento, longiores esse, quam ut placeant, facile me suum fecerit. Simile quid animadvertitur in Sophoclis Tragoedia Aiace.

— *vs.* 1. *Etiam salutas*, — *quasi hodie me non videris?*] imitatus videtur Plautum, *Amph.* II. 2. 50. „Quid tu me deridiculi gratia Sic salutas atque appellas, quasi dudum non videris." — *furcifer*] de homine non servo etiam Cic. *in Pis.* 7. *in Vatin.* 6. — *vs.* 2. *si vivo*] frequenter haec in medium comminantium sermonem iniiciuntur. Vide sis Plaut. *Most.* V. 1. 19, *Men.* V. 5. 5, *Pseud.* V. 2. 26, et Ter. *Andr.* V. 2. 25, *Eun.* V. 6. 20. Similiter est *vivus* apud Plaut. *Amph.* I. 1. 242, *Men.* II. 1. 20. — *vs.* 5. *vobis*] mox vs. 18. *fidem vestram*. Utroque loco manifestum est, Mandr. ad solum Querolum, non ad arbitrum quo-

SCENA III.

QUEROLUS, ARBITER, MANDROGERUS.

M. Avé, mi Querole? Q. Etiám salutas, fúrcifer,
Quasi hódie me non víderis? M. Vidí, visumque gaúdeo.
Q. At égo fam nunc, si vivo, faciam, iterum ne tu gaúdeas.
M. Quid commerui? Q. Rogás, sceleste, domúm qui expi-
(lasti meam?
M. Missa haéc face. Non sum aliénus vobis: prídem ego
(domum istám colo.
Q. Ad mágicas iterum? Súbripuisti aurúm meum.
M. Fortássis iure féci. Nonne débebatur et mihi?
Q. Pulcre édepol. Solus híc fui: ubinam núnc mihi

---

que sermonem vertere. Haud rara sunt exempla negligentioris huiusmodi dicendi rationis. Vid. Ter. *And.* IV. 4. 17, Cic. *ad Q. fr.* III. 1. extr. Virg. *Aen.* IX. 525, Liv. VII. 40, Sil. Ital. III. 387. XII. 390. Verum intelligit h. l., opinor, Querolum cum eius familia, prouti supra Sc. II. 4. *nostri senis.* — *domum*] non quidem in ipsa domo antea versatus erat, sed quum coluisset illum, cuius esset haec domus, cumque eo vixisset, non injuria se dicit esse ex ea domo ac familia. — *vs.* 7. *fortassis iure feci*] quidni iure fecerim? nisi malis distungere, ut sit *fortassis* consentientis dubitanter (vid. Ter. *Heaut.* IV. 5. 29. Plaut. *Asin.* II. 4, 86, 92, 95.); subiungatur autem *iure feci* vel *iure at feci*. Sane non opinor, ipsum Mandrogerum *iure*, quo aurum abstulit, h. l. dubium dixisse. — *nonne*] ferri hoc potest. Malim tamen *nunquc*. Etenim Querolus litteras istas paternas ignorabat adhuc. — *vs.* 8. *ubinam*] quo vir frater factus es, unde ortus et quo loco natus? Fortasse rectius quis *unde* legerit.

nunc tu frater nasceris, et novellus et senex? unde subito tam vetustus, qui nuper natus non eras? Nam si fratrem meum te esse adseveres, perdite, illud nunc restat, ut te dicas bimulum. Nam tertio anno pater meus ille Euclio, cum est profectus, me hercle reliquit solum atque unicum. M. Superflua sunt ista: coheres ego tuus, non frater tibi. Q. Non recte, edepol fieri istud solebat. Nam mallem, amice, fratrem te quam coheredem esse asseras. M. Quid multis opus est, Querole? Quod scriptum est, lege. Sume igitur: novi fidem vestram. Q. Hercle explorasti. Hem, quid istuc est? SENEX EUCLIO QUAMDAM. Salutem dicit filio. Quia furtum tibimet fieri metuerem per servum vel per extraneum quemlibet, Mandrogerontem fidelem amicum et peregre mihi cognitum ad te direxi, ut is tibimet, quod reliqui, sine fraude ostenderet. Huic tu medium thesauri dabis, si fides ipsius atque opera expostulat. Hem, sodes, paululum

---

Par. *num.* *adseveres*] Par. *adsereres.* *perdite*] C. Pith. *o perdite.* *bimulum*] Par. *trimulum.* *per servum*] C. Voss. Pith. et Paris. *vel per servum.* *vel per extr.*] C. Vet. *vel extr.* *Mandrogerontem*] ita etiam initio Ms. Grut. sed factum statim *Mandrogerum.* *ut is*] C. Paris. *ut his.* *si fides*]

— *vs.* 9. *novellus*] novus. Cf. supra II. 1. 11. — *vs.* 14. *solum atque unicum*] iunguntur haec ita apud Lucret. II. 542 et 1077. Add. Catull. LXXII. 6. Appul. *Met.* IV. post med. Vim dicto addit repetitio. — *vs.* 16. *non recte*] scil. *haec sunt*, i. e. non mihi placet nec prodesse videtur haec rei mutatio. — *mallem fratrem quam coheredem*] facilius enim illa adseveratio, quam haec, confutari poterat. — *vs.* 18. *explorasti*] scil. fidem meam. Intelligit credulitatem, qua modo

Tu fráter nasceris et novellus et senex?
Unde subito tám vetustus? Núper natus nón eras.
Nam si te fratrem esse ádseveres, pérdite,
Illúd nunc restat, ut te dicas bimulum.
Nam tértio anno méus ille páter Eúclio,
Cum ést profectus, mé reliquit hércle solum átque unicum.
M. Supérflua ista sunt. Cohéres ego sum, non fráter tibi.
Q. Non récte edepol. Nam mállem fratrem, quám coheredem (te ádseras.
M. Quid múltis opus est, Quérole? quod scriptum (ést, lege:
Súmo fidem ego névi vestram. Q. Explórasti. Hem, quid (ístuc est?
»Eúclio senex salutem Quérolo dicit fílio!
»Quia fúrtum tibi per sérvum fiéri métuerem aut quem ex- (tráneum,
»Mándrogerum fidélem amicum, míhi peregre cógnitum,
»Ad té direxi, ut, quód reliqui, tíbi sine fraude osténderet.
»Huíc dabis mediúm thesauri, opera átque fides si expós- (tulat."
Hem, sódes, paululum ádes in parte huc. A. Níl deberi huic (rés docet:

---

tam promte Mandrogeri dictis fidem habuerat. — *vs.* 22. *direxi*] misi, uti saepe Symmach. Adi Facciol. in voce extr. — *vs.* 23. *si expostulat*] Rittersh. suadet *sic*, quod sane haud absonum est ab eo, qui testamento suo *iubet:* ita autem *opera et fides* ea intelligenda fuerit, quam ipsi Euclioni praestiterat parasitus. Verum aut fallor, aut iis, quae proxime antecedunt, satis indicatur, hic legem seu conditionem legato scribi. — *vs.* 24. *hem, sodes*] lecta epistola Querolus arbitrum in consilium se-

in parte huc adeo. Nihil huic deberi res ipsa exponit et docet: sed nequequaque si placet in summam, si libuerit, aliquid dabitur muneris. Tu igitur patris mei amicus ac sodalis peregre fuisti? M. Ipsa res docet. Q. Nimirum inde tam fideliter nobis commissa istaec tace. Age, amice, quoniam institutus es heres, da quod possit dividi. M. Edepol investigavi ac dedi integrum atque inlibatum thesaurum. Q. Heo, tu mihi thesaurum aliquem dedisti? M. Tu negas? Q. Nisi omnia in memoriam redigis, forsitan aliquid exciderit mihi. Quem tu narras thesaurum? M. Quem tibi Euclio reliquit; ego tradidi. Q. Et aurum ad te quemadmodum pervenit, homo alienissime? M. Iocabar equidem, fidem equidem postea ut perspiceres meam. Q. Tu ergo thesaurum et secretum illud, quod noster senex dereliquerat, abstulisti? M. Utique hoc tibi cessit bene. Alter enim non reddidisset. Q. Age iam, sodes, solvisti satis: restitue potius, veram ut cognoscamus fidem. M. Dis gratias,

---

Ritt. et Par. *sic fides*. *tu igitur*] in C. Voss. his verbis praefixa fuit (an a Daniele?) litt. Q. sed mox expuncta. *nobis commissa istaec tace*] C. Vet. Voss., ubi in marg. (an a Dan.?) *commissa*, C. Pith. et Paris. *nobiscum missa istaec tace*, Ms. Grut. *nob. commissa ist. esse tace*; quod recipit Par., ipse Grut. vero suspicatur *comm. ist. esse a te*. Non aegre acceperit, opinor, eorum, quae h. l. aguntur, sensus hanc lectionem: *nobiscum* (scil. egisti): *missa istaec* (sive *haec*) *face*; verum iam sana videtur veteris editionis lectio, una addita littera *s.* cum signo interrogandi. *thesaurum aliquem*] C. Pith. *th. aliquod*, Pareus. *th. aliquando*, C. Vet. et Voss. *aliquod th.* Ritt. *aliquando th.* *iocabar*] Par. *iocabare*. *fidem equidem*] Par. omitt. *equidem*. *solvisti*] Ritt. et Par. *lusisti*. *M. Dis gratias*]

---

vocat. — *in parte huc*] hanc in partem, a publico remotam. — *Nil deberi huic res docet*] arbitratus sum haec et quae mox in sequenti versu adsunt, esse verba Arbitri, qui neget Mandrogero qualecunque ius

Sed úsque quaque sí libuerit, áliquid dabitur múneris.

Q. Tu pátris amicu' mei ác sodalis fuísti peregre? M. Rés (docet.

Q. Nimírum tam fidéliter inde nóbis commissa haéc taces?

Age, quoniam institútus es heres, dá, quod possit dívidi.

M. Thesaúrum investigávi et integrum átque inlibatúm dedi.

Q. Tu míhi thesaurum aliquém dedisti? M. Tú negas?

Q. Nisi ómnia redigis ín memoriam, aliquíd fors exciderít (mihi.

Quém thesaurum nárras? M. Quem Euclio líquit tibi, ego (trádidi.

Q. Aúrum ad te quemádmodum pervénit, homo alieníssime?

M. Iocábar, equidem ut póstea perspicerés fidem.

Q. 'Ergo tu thesaúrum et secretum íllud, quod nostér senex

Déreliquerat, ábstulisti? M. Utíque hoc tibi cessít bene:

'Alter enim non réddidisset. Q. 'Age, iam solvistí satis:

Restítue, potius véram ut noscamús fidem.

An *vs.* 34. *Equidém iocabar, út perspiceres póstidea medm fidem.*

---

petendi, quod Euclio illi legaverat, sed probet Queroli consilium, quod hic sppra V. 2. 20. indicaverat, muneris aliquid fraudulento parasito largiendi. Non tamen, etsi nihil mutemus, laborat periodus; nam possunt etiam ista verba esse Queroli, sententiam suam ita cum arbitro communicantis, ut ab eo, nisi dissentiret, responsum haud exspectaret. — *vs.* 25. *usque quaque*] omnino. — *vs.* 27. *commissa haec taces?*] ironice Querolus: nimirum *inde* (ideo), ut *res doceret*, te fidelem patris amicum fuisse, arcanum de thesauro, quod Euclio tibi commiserat, me, illius filium, celavisti? — *vs.* 33. *alienissime*] qui, mihi meisque ignotus, certe non a nobis thesaurum illum accepisti. — *vs.* 35. *secretum*] infra etiam vs. 134. Add. porro Sen. *Epist.* 83. Tac. *Ann.* IV. 7. VI. 3. Plin. *Epist.* I. 12. — *vs.* 37. *age*

vicino Arbiter, quod ipsa nostra in tuto est. Dixin' paulo ante facere hoc non potuisse extraneum? agimus gratias. Q. Dii te servent, amicorum optime, qui et mihi superstiti et defuncto illi servasti fidem. Sed ubinam, quaeso, aulam illam condidisti? Fiat plane, quod ille praecepit senex: exprome thesaurum, divisio celebretur, quoniam praesto est Arbiter. M. Immo potius tu aurum exprome et fidem tuam, quoniam egomet partes explicui meas. Q. Fatigas nos, Mandrogerus, an vere loqueris? M. Edepol vere loquor atque honeste. Nam qui totum habere potui, partem peto. Q. Ergo inter manus thesaurus fuit noster? M. Fuit herele. Q. Tu nusquam hodie pedem, nisi restitues, quod abstulisse te fateris, quia ire infitias non potes. Heia,

---

eximit Gent. et Par. personam Mandr. *Q. Dii*] omitt. Grut. et Par. pers. Querol. *manus*] Ritt. et Par. add. *tuas*. *thesaurus — noster*] C. Voss. Pith. et Paris. *thesaurum — nostrum*. *Heia*] ad hoc voc. in margine C. Voss. *Man-*

---

iam solvisti satis] age, fingamus te satis illustrasse, quomodo thesaurus ad te pervenerit; iam illum restitue; sic *potius* (magis) fidem tuam verum esse cognoscemus. — *vs.* 39. *Gratias Dis*] aut magnopere fallor, aut hicce versus non ad Mandrogerum, sed ad Querolum referendus est, qui ad Arbitrum, *suum vicinum*, conversus, laetum se dicit, quod Mandrogeri probitate (cui scilicet iam fidem habere se fingit) res in tuto sit. Ita Querolus mox (vs. 41 et 42.) Mandrogerum ob fidem laudibus extollit, ac demum, quando hic reddidisse se contendit, ac restituti thesauri ipse partem petit, iratus ei perfidiam exprobrat. — *vs.* 40. Haec Mandrogeri sunt, ex isto Querolī dicto falso putantis fidem sibi haberi, iterumque affirmantis, hoc ipso declarari non extraneum se esse, quod thesaurum

Grátias Dis, quod nóstra in tuto spés est, vicine árbiter!
M. Díxin' paulō ánte facere hoc nón potuisse extráneum?
'Agimus gratias. Q. Dí te servent, ó amicorum óptime,
Quí et míhi superstiti ét defunctō íllí servastí fidem.
Séd ubi condidístī aulam? Fiat, praecepit quód senex:
Expróme, célebretúr divisió, quia praesto est árbiter.
M. Imó potíus aurum expróme tu et fidém tuam,
Quoniam egomet (iam) pártes explicui meas.
Q. Fatígas nos, Mandrógere, an vere lóqueris? M. Vere ede-
(pól loquor
Et honéste. Namque pártem, habere tótum quí potuí, peto.
Q. Ergó thesaurus nóster fuit intér manus?
M. Fuit. Q. Núsquam hodie pedém tu, restitués nisi,
Quod ábstulisse té fatere, quia íre infitias nón potes.

An *vs.* 44. *'Exprome aurum, célebretur divisio: praesto est árbiter.*

---

restituerit. Vid. vs. 5. coll. vs. 37. huius Scenae. — *vs.* 41. *agimus gratias*] possunt haec esse Mandrogeri, laeti, quod sibi tandem credatur. Possunt etiam adiungi verbis Queroli, quae iam sequuntur. — *vs.* 44. *praesto est arbiter*] indicat illum vicinum suum: itaque ex h. l. maxime patet, illud haud nomen proprium, sed muneris nomen fuisse. Est autem *arbiter familiae herciscundae*, et *communi dividundo* e Iure Romano notissimus. Cf. vel solus Brisson. in voce, qui ipsum hunc nostri locum citat. — *vs.* 47. *fatigas*] irrides, ludis, cavillaris: quo sensu hoc verbum a sequioris Latinitatis scriptoribus usurpatur. Cf. Salmas. ad *H. A. Scr.* II. 796. Savaro ad Sidon. V. *Epist.* 17. Canneg. ad Avian. *Fab.* 31, 7. — *vs.* 50. *nusquam hodie pedem*] ita supra I. 2, 24. et

inquit, restitues, quod abstulisti? M. Reddidi. Q. Cui, quando, quomodo? M. Hodie per fenestram. Q. Ha ha he! tu thesaurum ubi repperisti? M. Apud aedeis sacras. Q. Quo aditu extulisti? M. Hac per istam ianuam. Q. Quid igitur fuit causae, ut per fenestram redderes? M. Tu, inquam, thesaurum illum asportasti foras. Q. Pulcre edepol conditionem codicillorum implevisti, qua praeceptum est, ut thesaurum mihi sine fraude ostenderes. Verumtamen praescriptionem hanc transeo, qua uti possum, etiamsi aurum nunc ipse mihi traderes. Haec superflua sunt, ubi res nusquam apparet. Redde quod negas. M. O tempora, o mores, o pater Euclio! Hanccine mihi tu domi fidem praedicabas? Reddidi, fateor, omnesque per Deos, ipsumque thesaurum inlibatum intra aedes proieci tuas. Q. O arbiter bone, plus iste admisit, quam putabamus: hic, nisi fallor, ipse est, qui urnam illam funestam nobis proiecit in do-

---

drog. exstat. *inquit*] C. Vet. omitt. C. Paris. *inquid;* Ritt. et Par. *inquam.* *restitues*] C. Vet. Voss. Pith. et Paris. *restitue,* quod recipiunt Ritt. et Par. *qua*] C. Vet. *quia.* *praescriptionem*] C. Voss. *perscriptionem.* *o tempora*] C. Pith. et Paris. *o patria, o tempora.* *Deos*] C. Vet. add. *iuro,* quod recipit Par. *ipsumque*] C. Vet. omitt. *que,* uti et Pareus. *intra*] C. Pith. et Paris.

---

mox vs. 83. add. Ter. *Ad.* II. 4. 19. — *vs.* 54. *aedes sacras*] magnificum nomen, ut indicetur sacrarium. — *vs.* 56. Causa, cur per fenestram redderem, erat, quod ipse tu aurum ex aedibus expuleras, nec videbaris ergo, si communi via per ianuam offerrem, velle illud recipere. — *vs.* 57. *pulcre inplevisti*] haec iam Querolus, quasi hunc demum omnes illos Mandrogeri dolos perspiciat. — *vs.* 58. *praescriptionem*] *exceptionem doli mali* intelligit Querolus, quam obliciat, si Mandrogerus, reddito the-

Réstituesne, quod ábstulisti? M. Réddidi. Q. Cui, quómodo?
M. Hódie per fenéstram. Q. Ha, ha, he? Thésaurum inve-
(nísti ubi?
M. Apud aédes sacras. Q. Quo éxtulisti aditu? M. Hác per
(istam iánuam.
Q. Quid caúsae fuit, ut pér fenestram rédderes?
M. Tu, inquám, thesaurum ipse íllum asportasti foras.
Q. Pulcre ínplevisti cónditionem, ut mí sine fraude os-
(ténderes.
Verúmtamen praescríptionem hanc tránseo;
Úti qua possim, étiamsi aurum núnc mihi ipse tráderes:
Haec súnt superflua, rés ubi nusquam appáret. Redde, quód
(negas.
M. O témpora, mores, ó pater Euclio! Hánccine tu fidém
Praédicabas! Réddidi, omnes, fáteor, iuro pér Deos,
(domi
Ipsúmque thesaurum ínlibatum intra aédes proiecí tuas.
Q. Plus íste admisit, quám putabam: hic ípse est, arbitér
(bone,
Nóbis urnam illám funestam quí proiecit ín domum.

An *vs.* 59. *Qua póssim uti, etidmsi mi aurum trádderes.*

---

sauro, ex codicillis Euclionis partem petat. Dicitur ea *praescriptio* l. 9. 1. D. *de solut.* 46. 3. Ita universe praescriptio pro exceptione legitur in l. 77. 30. D. *de legat.* II. et saepius. Graecis Ictis dicitur illa παραγραφή. Vid. Theophilus, II. 1. 56, IV. 13. 317. Add. Huber, *Praelect.* I. 534.
— *vs.* 60. *negas*] réddere mihi recusas. — *vs.* 61. *o tempora, mores*] notissimum illud e Cicer. *Catil.* I. 1. — *vs.* 62. *fateor*] profiteor, proclamo: quo sensu exstat *fateri* etiam in Cic. *ad Div.* X. 23. med.

mam. M. Dii te servent: ipsam ego proieci, tandem apparet veritas. Q. Dic, quaeso, Mandrogerus, fragmenta si aspexeris, potesne agnoscere? M. Ita, ut compaginari per me possint omnia. Q. Hem, Pantomale, nescio quid paulo ante hic proferri iusseram. A. Praesto sunt partes illae, in quibus titulus inscriptus fuit. Q. Agnoscisne, Mandrogerus? M. Agnosco hercle; tandem cessent artes et praestigia. Q. Si verum agnoscis, lege celeriter, quod scriptum hic fuit. M. Et legi et lego. Cedo hinc mihi, Pantomale, fragmentorum paginas: TRIERINUS TRICIPITINI FILIUS CONDITUS ET SEPULTUS HIC IACET. Q. Heo, scelestissime, dispicis? Si vivorum neglexisti gratiam, etiamne mortuis manus intulisti ad ludum et ludibria? Neque contentus eruisse bustum atque cineres, ultimo per fenestram etiam funestas mihi proiecisti reliquias. Quid ad haec dicis? Thesaurum abstulisti, violasti sepulcrum, perdite: domum meam non solum compilasti, verum etiam polluisti, sacrilege: tu negas? M. Quaeso, quandoquidem me fortuna sic destituit, nihil quaero ulterius. Vale. Q. At ego hercle quaero, cui mala omnia congessisti, scelus. Hem, Pantomale, nunquam abstoc pedem. Ego

---

contra, iidem in glossa *intra*. *nescio*] Canneg. *nescis?* *hinc*] C. Vet. et Voss. *huic;* in margine C. Voss. (an Dan.?) *hic vel huc*, Ritt. et Par. *huc*. *dispicis*] C. Pith. *me dispicis*. C. Paris. *me despicis*. *vivorum*] Par. *virorum*. *gratiam*] C. Vet. *gratias*. *dicis*] C. Pith. et Paris. *dicetis*. *compilasti*] C. Pith. suprascr. *vel spoliasti*. *abstoc*] C. Pith. et Paris. *ab istoc*, Pareus: *abs hoc*.

Verborum discrimen vide in Cic. *pro Caec.* 9. — 68. *compaginari*] eodem sensu hoc verbo utitur Prudent. περὶ Στεφ. X, 890. Adde, quos plures laudat Forcellinus in *compaginatus* et *compagino*. — *vs.* 73. *et legi et*

M. Dí te servent! Ego proieci: tándem apparet véritas.

Q. Mandrógere, dic, si adspéxeris fragmenta, potesne ag-
(nóscere?

M. Compáginari ut pér me possint ómnia.

Q. Pantómale, nescio quíd paulo ante te húc proferre iús-
(seram.

70. A. Praésto partes íllae, titulus in quibus inscriptús fuit.

Q. Agnoscisne? M. Agnósco; cessent ártes et praestígia.

Q. Si vére agnoscis, lége celeriter, híc inscriptum quód fuit.

M. Et légi et lego. Cedo hinc, Pantómale, frágmentorum
(páginas:

Trierínus Tricipitíni conditus ét sepultus híc iacet.

75. Q. Díspicis? Eho, scelóste, gratiam sí vivorum négligis,

Mórtuisne etiam íntulisti ad lúdum et ludibriúm manus?

Néque contentus éruisse bustum ac cineres, último

Pér fenestram etiám funestas próiecisti réliquias.

Thésaurum abstulísti, violastí sepulcrum, pérdite.

80. Méam non solum cómpilasti, vérum et polluistí domum.

M. Destítuit me quia síc fortuna, níl quaero ulteriús. Vale.

Q. At ego quaero, cuí mala omnia cóngessisti (tú), scelus.

---

lego] facilis est mihi res, nunc legere, quae iam antea legi. — *paginas*] quae supra V. 2. 12. testulae. Fractas intelligo tabellas marmoreas, e quibus urna constitit. Sane *paginas* pro tabulis marmoreis dixit etiam Pallad. *Maio*, 11. — *vs.* 75. *dispicis?*] » sentisne iam, quantum crimen perpetraveris?" Quod in aliis exstat: *me despicis?* (i. e. mene ludibrio habes?) magis conveniret, si Mandrogerus negasset, se urnae fragmenta agnoscere. — *vs.* 77. *ultimo*] denique. Cf. Sueton. *Ner.* 32. Petron. 20. extr. et 139. — *vs.* 82. *at ego quaero*] scil. *ulterius*. Ego, cui mala haec congessisti, poenas de te sumere gestio. — *omnia*] scil. *haec*. Cf. supra I. 2. 190.

iam nunc ubinam Praetor sedeat, investigabo celeriter, atque omnia istaec exequar iure et legibus. M. Quaeso, arbiter, pro me ut verba facias: nihil nisi veniam expostulo. A. O mi Querole, nunquam te celeriter usque ad sanguinem. Ignosce ac remitte: haec vera est victoria. Q. Age, reliquiae illius defuncti reconduntur; quid de thesauro fiet? A. Quid dicis, Mandrogerus? M. Iuro per Deos, iuro per ipsam, quam rupi, fidem, mihi nec aurum nec thesaurum esse. Q. Remove paulisper inania; putemus nos paululum in iudicio stare. Ornam certe illam tu abstulisti. M. Factum est. Q. Elige nunc, Mandrogerus, utrum voles, bustum illic, an aurum fuit? quandoquidem causa eiusmodi est, ut multis constat modis. M. Auribus teneo lu-

---

te celeriter] Cod. S. Victoria, *tu celeriter*: Ritt. et Par. *celeritas*; Gron. *te scelera celeriter*; Koen. *num tam severiter*. *illius defuncti*] C. Vet. Pith. et Paris. *defuncti illius*. *reconduntur*] Ritt. et Par. *recondantur*. *paululum in iudicio*] C. Voss. et Pith. *in iudicio paululum*. *constat*] C. Voss. Pith. et

---

— *vs.* 83. *nunquam abstoc pedem*] ita servum custodiae causa alicui apponit Aeschinus Terentianus, *Ad.* II. 1. *Abstoc* pro *ab istoc* tum hominem, tum locum, respicere potest, sed magis tamen hominem. — *Praetor*] ergo non affectat auctor Graecum locum. — *sedeat*] *sedere* proprium de iudice: vide sis Cic. *Rosc. Am.* 53, Ovid. ex *Pont.* III. 5. 23. et quos plures suscitat Rittersh. ad h. l. Hinc etiam *sella curulis*. Add. porro Intt. ad Petron. c. 14. p. 50. — *vs.* 84. *iure et legibus*] haec ita iungit etiam Plaut. *Epid.* II. 2. 107, III. 4. 86. — *vs.* 86. *severiter*] vox Appuleio frequentata: Vid. Oud. ad App. *Met.* IV. p. 306. Est haec periodus elliptica hoc fere sensu: Cave, ne ira incitatus saevior sis in vindicandis maleficiis, quam decet. Similia habent Plaut. *Bacch.* III. 3. 4. *Trin.* IV. 3. 54; Ter. *Andr.* V. 2. 28. et *Heaut.* V. 8. 8. — *vs.* 87. *vera haec est victoria*] Plato, *de Legg.* I. p. 626. τὸ νικᾶν αὐτὸν αὑτὸν πασῶν

Hem, Pántomale, nunquam ábstoc pedem. Ego Praétor nunc (ubí sedeat,
Invéstigabo, atque ómnia istaec iúre et legibus éxsequar.
M. Pro me, árbiter, oro, ut vérba facias: níl nisi veniam ex- (póstulo.
A. 'O mi Querole, núnquam tam sevériter usque ad sánguinem!
Ignósce, remitte: véra haec est victória.
Q. Age, défuncti illiú' reconduntur réliquiae;
Quid dé thesauro fiet? A. Quid, Mandrógere, ais?
M. Pér Deos iuró, per ipsam iúro, quam rupí, fidem,
Nec mi aúrum, nec thesaúrum esse. Q. Remové paulisper (inánia;
Nos ín iudicio stáre putemus paúlulum.
Ornam íllam tu abstulísti. M. Fáctum 'st. Q. 'Elige nunc, (utrúm voles.
Bústum an aurum fuít? Causa eiusmodi, út multis constét (modis.

ψυχῶν πρώτη καὶ ἀρίστη. Adde Plaut. *Trin.* II. 2. 29., et quae affert ad eum loc. Taubm. — *vs.* 88. *reconduntur*] removentur: illud crimen missum iam facimus. Si legendum erit *recondentur* aut *recondantur*, ensus est hic: quod commisisti in violando busto illo, tolletur recondendis, i. e. terum sepeliundis, quas proturbasti, reliquiis. — *vs.* 91. *nec mi urum nec thesaurum*] iuncta haec ob similem verborum sonum. Cf. supra I. 4. 53. et IV. 2. 20. Ita Plaut. *Stich.* I. 3. 102. » nec mu nec mutuum.« Universe Plautum sibi haud mediocriter in huiusmodi lusibus placuisse, atet *Amph.* prol. vs. 34 seqq. I. 1. 122, *Capt.* II. 2. 5. (quod mutuaus est Faërn. epim. *Fab.* 59.), et 108, IV. 1. 7. et 3. 3 sqq.: *Cas.* II. 77 sqq.: *Bacch.* I. 1. 19: *Mil.* IV. 7. 10. Adde, quae habet I. Bosscha, V. Cl., in doctissima adnot. ad Plaut. *Capt.* II. 2. 5. — *vs.* 92. *in udicio*] ubi pressius interrogatur et ad interrogationem stricte respondenum est. — *vs.* 94. *ut multis constet modis*] *constet* idem hic est,

pum: neque uti fallam, neque uti confitear, scio. Utrum dixero, id contra me futurum video. Dicam tamen: Aurum illic fuit. Q. Redde igitur. M. Hoc iam factum est. Q. Factum doce. M. Ornam tu recognoscis? Q. Quid vis ut respondeam? primum egomet aulam non recognosco: satisne hoc sufficit? M. Quid? titulum non recognoscis? Q. Magis quam te, quem hodie primum hic noscito: sed finge, nunc a nobis ornam et titulum recognosci: redde quod in aula fuit. M. Tu autem quid in aula fuisse dicis? Q. Ego interim non proposui: tu fare quid velis. M. Et vos a me aurum quemadmodum postulatis, cum res ipsa bustum et cinerem comprobet? A. Ergo acquiescit, ut bustum illic fuerit? M. Adquiesco, quandoquidem ita sese res habet. Hac non processit: alia temptandum est via. Q. O

Paris. *constet*, quod etiam in Ms. Grut. emendatum est. *utrum dixero*] Ritt. et Par. *utrum utrum dixero*. *dicam*] C. Vet. *dico*. *quid vis ut respondeam?*] Par. *quid vis? ut respondeam*. *quid in aula fuisse*] C. Voss. Pith. et Paris. *quid in aula quid fuisse*. *interim*] fuit antea in C. Voss. *interim*. *non proposui*] in Ms. Grut. *non* a secunda manu intra lineas est additum; omitt. Pareus, Canneg. *hoc* vel *mox*; denique possit et *nunc* intelligi. *res ipsa*] C. Vet. omitt. *ipsa*. *acquiescit*] C. Voss. Pith. Paris. et Ms. Grut. *adquiescis*. *esse*]

---

quod *stet*. Sensus est: non statim deficiet accusatio, etsi alterum crimen a te averteris. Nam complectitur causa et furtum et sacrilegium. — *vs.* 95. *lupum auribus teneo*] adagium etiam a Ter. *Phorm.* III. 5. 21. et Sueton. *Tiber.* 25. usurpatum de eo, qui, in periculosa conditione positus, quo effugiat, non habet. — *uti-uti*] quo pacto. — *fallam*] negando scilicet et mendacii quid fingendo. — *vs.* 100. *magi quam te*] cf. supra ad II. 1. 55. Omittit ergo iam Querolus, quam vs. 99. simulabat, agnitionis negationem. — *quem hic, hodie primum noscito*] ita Plaut. *Trin.* IV. 2. 119: » quem neque oculis ante hunc diem

M. Lupum aúribus teneo. Néque uti fállam, néque uti confi-
(teár, scio:
Utrum dixeró, fore video id cóntra me. Dicám tamen:
Aúrum illic fuít. Q. Redde igitur. M. Fáctum hoc iam est.
(Q. Factúm doce.
M. Urnam non recógnoscis tu? Q. Quíd vis ut respóndeam?
Prímum ego non recógnosco aulam. Tíbine satis hoc súfficit?
M. Quíd, non titulum? Q. Mági' quam te, quem hic hódie
(primum nóscito.
Fínge recognosci úrnam et titulum: rédde, in aula quód fuit.
M. Tú quid in aula fuísse dicis? Q. Ego non proposui:
(interim
Tu fáre, quid velís. M. Et aurum vós a me quemádmodum
Póstulatis, cúm res ipsa bústum et cinerem cómprobet?
A. Adquiéscis, ut illic fúerit bustum? M. Adquiésco, quod
(ita rés se habet.
Hac nón processit, ália tentandúm 'st via.

An *vs.* 102, *M. Quid fuísse dicis? Q. 'Ego proposui: tú nunc fare, quíd velis.* 103 et 104. *M. Et vós a me aurum póstulatis, cúm res bustum cómprobet?*

» unquam vidi." — *vs.* 102. *non proposui*] quaestionem de urna non ego movi, sed tu: (vid. vs. 98) ergo tu dic, quid in illa fuerit conditum. Attamen neque altera lectio: *ego proposui*, inepta videtur. Namque erat mos frequens inprimis philosophis ac sophistis, quaestionem aliquam ita disceptandam *proponendi*, ut (prouti mox ait Quer. vs. 111.) » ipsis sufficeret » purgare sese, obiecta repellere." Querolus autem revera quaestionem proposuerat, dicens supra vs. 93, » elige nunc, utrum voles: bustum an aurum » fuit? Denique similiter Plaut. *Pers.* II. 2. 34: » dic tu: prior rogavi." — *vs.* 106. Cf. supra II. 1. 45, et Ter. *And.* IV. 1. 47; e quo loco fortasse hic

stulte, sacrilegium confiteris, dum furtum negas. M. Quid, si nihil illic fuit? Q. Quidnam igitur postulas? Aurum si fuit, abstulisti: si non sustulisti, non fuit. M. Vos, quaeso, dicite vicissim, quidnam illic fuit? Q. Nobis interim sufficit purgare nosmet, obiecta repellere. Nam si te ingredimur temptandum via. M. Quodnam hoc monstri genus est? Ego totum feci solus; totum nescio. Iamiam, quaeso, quoniam mihi neque res neque causa superest, simpliciter dicite, utrumne furtum an sacrilegium ego commisi: nisi forte illud nunc restat mihi, ut qui furtum non potui, sacrilegium neque volui, utrumque fecisse convincar nefas. Q. Etiamne circuitione rem geris? Quid aliud autem in causa est, nisi quod praesidium abstulisti et cineres abdidisti? Unum fraudulenter, aliud nequiter. Neque nam te bustum expetisse, aurum abiecisse, credere quisquam potest.

C. Vet. Voss. Pith. Paris. *sic se*, Pareus *se*. *sustulisti*] C. Vet. Pith. et Paris. *tulisti*. *obiecta*] Canneg. *et obiecta*. *te ingredimur*] C. Vet. et Pareus omitt. *te*. *via*] Par. *est vid.* *quodnam*] C. Pith. et Paris. *quidnam*. *iamiam*] C. Vet. *iam*. *convincar nefas*] C. Pith. et Paris. *convincar*. *Nefas! circuitione rem geris*] Daniel *c. r. quaeris*, Par. *circuitionem quaeris*. *abdidisti*] Canneg. *addidisti*. *neque nam*] C. Voss. Pith. et Paris. *neque enim*, quod

---

reponendum est *aggrediemur*; cum *tentandum est* facile ex vs. 112. in hunc locum perperam inferri potuerit. — *vs.* 107. *sacrilegium*] humanis ossibus effodiendis violari sanctam religionem, docet etiam Phaedr. *Fab.* I. 27. Vid. porro de hoc crimine l. 1. D. *leg. Iul. mai.* et l. 5. Cod. *de sep. viol.* At vero l. 9. 1. D. *ad leg. Iul. pecul.* (48. 13.) ii, qui privata sacra vel incustoditas aediculas tentaverunt, non inter sacrilegos ponuntur. Vide infra ad vs. 125. — *vs.* 8. *quidnam postulas?*] quid petis par-

Q. O stúlte, confitéris sacrilégium, dum furtúm negas.
M. Quid, si íllic nil fuít? Q. Quidnam igitur póstulas?
Si fuit aurum, abstulísti; si non sústulisti, nón fuit.
M. Vos, quaéso, vicissim dícite, illic quíd fuit.
Q. Nóbis sufficit purgare nós, obiecta repéllere:
Nam té si aggrédimur, ália tentandúm 'st via.
M. Quod mónstri genus hoc? tótum ego féci solus, totum (néscio.
Iámiam, quaeso, quóniam neque res, néque causa superát (mihi,
Simpliciter dicite, furtum utrumné ego commísi an sacri- (legium.
Nisi réstat, furtum ut quí non potui, sácrilegium nequé (volui,
Convincar fecísse utrumque. Q. Circuitione rém geris.
Quíd 'st in causa, nísi quod praesidium ábstulisti dé domo,
Cinerem ábdidisti: fraúdulenter únum, aliud néquiter?
Nam crédere te expetísse bustum, aurum ábiecisse, quís (potest?

---

tem thesauri, quem nusquam adesse dicis? — *vs.* 112. Ut Virg. *Georg.* III. 8, *tentanda via est;* sic apud nostrum fortasse legat aliquis: *nobis tentanda est via*, i. e. si tecum, homine adeo callido et fraudulento, lis nobis est, non imprudenter procedendum est. Malo tamen, ut est in vs. 106., *alia tentandum 'st via;* lepide sic repetente Querolo ipsa verba, quibus Mandrogerus supra artes ac mendacia sua prodiderat. — *vs.* 114. *neque res neque causa*] neque ipsum aurum, neque argumenta, quibus me defendam, aurique partem consequar. — *vs.* 117. *circuitione*] ambagibus. Cf. Ter. *Andr.* I. 2. 31. Cic. *de Divin.* 2. 61. — *vs.* 119. *abdidisti*] ferri potest hoc verbum significatione proiiciendi, ut nostratium *wegdoen*. Malim tamen, quod seq. versu legitur,

M. Optime totum hoc asseritur, et mihi ipsi verisimile videtur: sed, si quid creditis, non est ita. Q. Age, iam bono animo esto, nil praeter sacrilegium perpetrasti: aurum autem ibi non fuit. M. Furtum igitur non commisi: Dii te servent, vicinus. Nam istoc ego tempore poenam malo quam pecuniam debere. Sed illud, quaeso, exponite, unde tantum illic erat? Q. Nescis, magus, nihil esse gravius fortuna mala. M. Recognosco. Q. Etiam quaeritas, unde pondus? tegmen illius urnae non vidisti plumbeum? M. Iamiam omnia sibi conveniunt. His praestigiis etiam certus falli non potuisset magus? A. Nondum intellegis, inepte, impositum nobis esse ab illo, quem bene noveras. Un-

---

recepit Par. *nil*] C. Pith. et Paris. *nihil*. *illic erat*] Rittersh. add. *f. pondus*. *illius urnae*] C. Vet. Pith. et Paris. *urnae illius*. *iamiam*] C. Vet. *iam*. *praestigiis*] C. Pith. et Paris. *praesidiis*. *certus*] Par. *certis*.

---

abiecisti] Praeterea *attulisti*, *addidisti* vel *adiecisti* aptius fortasse responderint verbo praecedenti *abstulisti*. — *nequiter*] impie: ita *nequitia* pro impietate dici videtur in *Mos. et Rom. Legg. coll.* tit. XV. extr. (Cf. Schulting. *Iurispr. Antehadr.* p. 789.) — *vs.* 125. *istoc*] *isto hoc*, i. e. hoc misero tempore, rebus meis ad tantam egestatem redactis. — *poenam malo quam debere pecuniam*] magis urgent laesi, qui pecuniam exigunt, quam leges, quae poenam. Caeterum furti manifesti poena quadrupli, nec manifesti erat dupli. Contra, quanquam mortuorum reliquias vel sine animo furti non citra causae cognitionem a Principe adhibendam in alium locum transferri licuerit (vid. l. 14. coll. l. 1 et 10. Cod. *de relig.* (3. 44.)) illi, qui ex privato sacrario cineres abstulissent, non graves poenas dedisse videntur: arg. l. 9. 1. D. *ad leg. Iul. pecul.* (48. 13). Certe non erat illa poena pecuniaria. — *vs.* 127. In mentem revocat

M. Optime totum hóc asseritur, vérisimile ipsi ét mihi
Vidétur, sed, si créditis, non ést ita. Q. Iam esto animó (bono:
Nil pérpetrasti praéter sacrilégium: aurum autem ibi nón (fuit.
M. Fúrtum igitur nón commisi. Dí te servent: vícimus.
Nam ego ístoc tempore poénam malo quám debere pecúniam.
Sédillud, quaeso, expónite: pondus únde tantum illíc erat?
Q. Néscis, tu magús, nihil esse grávius fortuná mala?
M. Recógnosco. Q. Etiam, póndus unde, quaéritas?
Urnae illiu' tegmen nón vidisti plúmbeum?
M. Iamiam ómnia sibi convéniunt. His praestígiis
Falli étiam certus nónne potuissét magus?
A. Tibi nóndum, inepte, inpósitum intellegis áb eo, quem (bene nóveras?

---

atque obiicit Querolus Mandrogero, quae hic, tanquam magus, antea dixerat. Cf. supra III. 1. 7. — *vs.* 128. *recognosco*] Mandrogerus hoc verbo non simpliciter affirmare censendus est, sed simul miseriam, qua iam premitur, indicare. — *vs.* 129. *plumbeum*] Cf. supra ad IV. 2. 29. — *vs.* 131. *etiam certus-magus*] *verus* nempe. Haud mirum sane, me, falsum magum, errore lapsum esse, quandoquidem et verus magus, fraudulentis Euclionis indiciis urnaeque pondere deceptus facile de thesauro cogitasset. — *vs.* 132. *tibi*] ita legendum. Nam Querolum, qui vs. 123. indicat novisse se, avi reliquias ibi fuisse depositas, patris epistola ad fallendam parasiti avaritiam scripta etiam circumductum esse, Arbiter non facile dixerit. — *bene noveras*] i. e. bene novisse te dicis, et ex longa iata consuetudine nosse *potueras*. Nam proprie *male* noverat, qui nesciebat eum hoc fraudum genere delectari. Hinc mox (vs. 138). „Ergo Eucl. tu non noras?"

de autem illi thesaurum, homini prope pauperi? ac si habuisset ille, ergone iste secretum nescisset patris, tibique ille indicaret, quod non crediderat filio? Porro autem paterfamilias ille thesaurum si sciebat, illi tandem crediderat loco, tibique illic patuisset aditus. M. Edepol quid dicam, nescio. A. Ergo Euclionem tu non noveras? Habuit senex ille multa haec laetissima, qui te etiam defunctus ridet. M. Edepol tandem intellego: illius plane hic nequitiam recognosco: frequenter ille similibus me lusit modis. Quaeso igitur, date veniam, quod cineres illos abstuli: aurum credidi. A. Bene excusas, Mandrogerus: agnosco plane Euclionis nostri sodalem: talem semper ille dixit senex. M. Sinite, quaeso, me abire. A. He, Querole, hu-

---

thesaurum] Grut. aut l. *thesaurus*, quod Par. etiam; aut putat dictionem esse neutri generis. *ac si*] Ms. Grut. atramento recentiori *an si*, antea fuisse videbatur *has*. *tibique illic*] Ms. Grut. *tibi illic*, Ritt. et Par. *illuc*. *non noveras*] C. Pith. et Paris. omitt. *non*. *te etiam*] C. Vet. omitt. *te*. *agnosco*] C. Camer. Voss. Pith. et Paris. exhibent h. l.: *agnosco ingenium lepidissimum*, *agnosco* caet., quam lectionem recipiunt Grut. et Par., hic tamen expungit posterius *agnosco*. *sodalem: talem*] C. Pith. *sodalem talem:* Grut. et Par. *tales*. *dixit*] C. Vet. et Ms. Grut. secunda manu *dilexit*, quod tuentur Grut. Par. et Canneg. *me abire*] C. Pith. et

---

— *vs.* 133. *thesaurum*] vel positum est vocabulum in quarto casu, uti haud insolens est in huiusmodi interrogatione: vel intelligendum est verbum *suspicaris?* aut eiusmodi quid. — *vs.* 136. *paterfamilias*] intelligi videtur Querolus, qui, si thesaurum ibi conditum scivisset, non *diligentis patrisfamilias* officio functus esset, eo in loco illum relinquens. *Paterfamilias* pro viro cauto, quique res suas rite curet, frequens in Iure Romano reperitur. Attamen haec nescio quo modo glossam sapiunt, explicationi versus praecedentis adiunctam. — *vs.* 138. *laeta*] eleganter de iis, unde

Unde aútem illi thêsaúrum, homini prope paúperi?
'Ac, si habuisset, érgone hic secrétum nescisset patris,
Tibíque ille indicáret, quod non súo crediderat fílio?
[Porro paterfamílias si sciebat, illi crediderát loco,]
Tibíque aditus patuísset ille? M. Edepól, quid dicam, (néscio.
A. Ergo Eúclionem tú non noras? Múlta haec laeta habuít (senex:
Qui te etiam defúnctus ridet. M. 'Edepol, tandem intéllego.
Recógnosco plané nequitiam hic íllius:
Frequénter ille símilibu' me lusít modis.
Date véniam, quaeso, igitúr, quod cineres ábstuli: aurum (crédidi.
A. Béne, Mandrogere, excúsas: Eucliónis amicum agnós- (cimus.
Tálem semper ílle dixit. M. Sínite, quaeso, abíre me.

---

laetitiam captaret, iocosis ac ridiculis. — *vs.* 139. *etiam defunctus*] ipse Mandrogerus queritur hoc supra, IV. 2. 10 et 39. — *vs.* 140. *hic*] hoc facto. — *vs.* 143. *bene excusas*] subest, opinor, dicto ironia. Nam sane pessime excusabat, qui apertis verbis furem se confiteretur. — *Euclionis amicum*] huius dicti glossa fuit *ingenium: lepidissimum.* Namque ipsum illud, lepidi ac iocosi senis iam lepidum probari amicum, arbitror, significat. — *vs.* 144. *dixit*] putes, Euclionem, dum erat peregre, ad filium scripsisse de lepido sodali, nomen tamen non edidisse. Certe neque nomen neque ipsum hominem nosse se, Querolus identidem professus est. Ipse etiam Euclio codicillis istis nunciaverat, Mandrogerum esse amicum, *peregre sibi cognitum.* Quocirca nescio quo modo magis placet lectio Cod. Vet. *dilexit:* qua accepta equidem lubenter legerim: *tales semper ille dilexit*, caet. — *sinite, quaeso, abire me*] itaque

manum ac misericordem semper fuisse te scio: hominem tam elegantem abire ne permiseris: non unius officii homo est: magum mathematicumque hic habes: tantum (quod primum est) furtum facere non potest. Recipe, quaeso, amicum veterem et novum, quandoquidem pater Euclio solum hunc tibi reliquit in bonis. Q. Ha, sed furem timeo. A. Quid unum furem metuis? Iam totum hic abstulit. M. Quaeso, Querole noster: patri egomet tuo me iam devoveram: tibi nunc servire cupio, quandoquidem hodie sic misertus es mei: da victum, qui vitam indulsisti. Q. Si ambo ita voltis, fiat. Potesne discere leges novas? M. Ha, ha, he, illas egomet ex parte condidi. Q. Senatusconsultum dico egomet Servilianum et Parasiticum. M. Oe,

---

Paris. *abire me.* *fuisse te scio*] C. Vet. *fuisse nescio.* C. Pith. et Paris. *te fuisse scio.* *permiseris*] C. Vet. et Ms. Grut. *miseris*, unde Grut. f. *siveris.* (*quod primum est*)] Koen. *est, quod primum hunc tibi*] C. Vet. omitt. *tibi.* *Servil.*] C. Pith. et Paris. *et Servil.*

---

credit iam prorsus Mandrogerus, nullum in olla adfuisse thesaurum. Miror tamen (vid. supra IV. 3, 9 et 10), eum non quaerere, quo pacto Sardanapalus, fracta urna, aurum intus tractari et solidorum tinnitus audire potuerit. — *vs.* 147. *non unius officii*] non parasitus tantum, sed magus mathematicusque. — *vs.* 148. *tantum, quod primum est, furtum*] lusus ex ambiguo. Valet enim tum: ad omnia facienda aptus est, excepto, *quae praecipua eius virtus est* (cf. supra I. 1. 6.), quod furtum facere non potest: tum, furtum facere, *quod primum est*, non potest, quippe qui iam fecit (cf. mox vs. 151.) Quam posteriorem significationem unam attendit Koenius, quando mutavit: *tantum est* (cf. supra II. 3, 35.), *quod primum*, caet. Si quis malit *tantum* cum voc. *fur-*

A. Humánum, Querole, ac mísericordem sémper fuísse (té scio:
Ne tam élegantem abíre hominem permíseris.
Non únius homo est ófficii: magúm mathematicúmque (habes.
Tantúm, quod primum est, fúrtum facere nón potest.
Amícum, quaeso, récipe veterem ét novum:
Quándoquidem pater Eúclio solum hunc tíbi reliquit ín (bonis.
Q. Sed fúrem timeo. A. Quíd iam furem métuis? Totum (hic ábstulit.
M. Quaéso, Querole nóster, patri mé tuo iam ego devó- (veram:
Tibi núnc servire cúpio, qui hodie sic misertus és mei.
Da víctum, qui vitam índulsisti. Q. Fíat, si vultis ámbo, ita.
Novásne disceré potes leges? M. Hás ex parte ego cóndidi.
Q. Senátus consultum Sérvilianum díco ego et Parasíticum.

---

tum iungere, sensus erit: quoniam non adest tibi thesaurus, quem iste petebat, sane haud metus est, ne parasitus *tantum*, tam grande, furtum tibi faciat. — *vs.* 149. *veterem et novum*] veterem patris, novum tuum. — *vs.* 151. *quid iam furem metuis*] his illustrantur ea, quae vs. 148. leguntur; nam, si *totum* iam ablatum est, non certe fures metuendi sunt. Nulla autem est causa, cur *unum* furem commemoret; sed *unum* et *iam* facile confundi potuere. Fortasse etiam haec in genuina scriptura propius cum vs. 148. iuncta fuere. — *vs.* 154. *qui vitam indulsisti*] non urgendum hoc. In capitis enim discrimen parasitus proprie non incurrerat. Sed qui poenam criminis remitteret, non inepte *salutem*, *vitamque* alicui tribuere dicatur. — *vs.* 155. *novas leges*] aliam *vitae legem* (cf. Cic. *T. Q.* III. 16.), alios mores, intelligit, quam quos adhuc Mandrogerus coluerat. Hic vero respondet, quasi de veris legibus sermo esset. — *vs.* 156. *Servilianum et*

visne interdictorum capita iam nunc eloquar? Ad legem Porciam, Caniniam, Furiam, Fufiam, Consulibus Torquato et Taurea. Q. Potesne observare omnia? M. Istud apud me parvum est: tu nunc ut ediscam iubes: ego docere iam volo. A. Hui! multarum palmarum hic est. Recipe, quaeso, iura instructissimum: talem quaerere homines pro magno solent. Q.

---

iam nunc] C. Pith. et Paris. omitt. *iam.* *ad legem*] Grut. et Canneg. *adlegem*, e Codd. scriptura, qui tamen saepe sine causa verba continua ratione scripta exhibent. *Porciam*] C. Pith. et Paris. *portiam.* *Fufiam*] C. Vet. et Pith. *fusiam*, quod recepit Parens. Omitto, quum irrepsisse videatur vocabulum e cogitatione legis *Fusia Caninia*; quae etiam in reperto nuper Gaii Icti Codice bis (I. § 46 et 139.) *Fufia Can.* scribitur. Porro ista lex *Fusia* seu *Fufia* cum comilio, quo caeterae h. l. leges commemorantur, nequaquam congruit. Colerus Ictus, *Parerg.* c. 33. (Otto, *Thes. Iur.* I.) hoc loco utitur, ut *duas* leges Furias latas esse comprobet. *parvum*] C. Vet. *parum*, quod recipiunt Daniel, Par. et Canneg. C. Voss. *parlum.* *iura*] C. Vet. *iuris*, quod tuetur Canneg. Sed C. Pith.

Parasiticum] non est, ut cogitemus de veris Sctis hoc nomine vocatis. Sed commemorat Querolus haec nomina, ut intelligat Mandrogerus, sibi strenue officia *servi* (eo sensu, quo modo vs. 153: *tibi nunc servire cupio*) et *parasiti* esse obeunda. — *vs.* 158. *ad legem*] Gruterus, ubi suadet *adlegem*, monet interdicta non solere de nomine legis cuiusdam appellari, sed a primoribus verbis dici; e. g. *quod bonorum*, *uti possidetis*. Recte monet, sed vereor tamen, ut hic nostri lusus tam stricte ad normam Iuris exigendus sit. — *Porciam*, *Caniniam*, *Furiam*] veras leges, sed quorum non argumenta, sed sola nomina, huc pertinent. Nam *porcorum* et *canum* cognomen omnibus parasitis commune est; *fures* tum omnes servi vulgo dicuntur, tum hoc praesertim nomen in ipsum Mandrogerum conveniebat. Perinde, ut noster h. l., ludit etiam Plaut. *Capt.* I. 2. 57 sqq., ubi parasito dicitur opus esse militum copiis e compluribus Italiae oppidis colligendis: oppidorum nominibus autem singulis aliquid esculenti indicatur.

M. Vin' cápita interdictórum iam nunc éloquar:
Ad légem Porciám, Caniniam, Fúriam,
Cónsulibus Torquáto et Taurea? Q. Pótin' observare ómnia.
M. Párvum istud ést apud me. Tú nunc, ut discám iubes;
Docére iam volo. A. Huí! multarum pálmarum hic 'st. Quae- (só, recipe
Iura ínstructissimum. Hómines quaerere tálem pro magnó (solent.

Cf. etiam *Curc.* III. 74 sqq. *Pers.* IV. 6. 20. et *Trin.* IV. 3. 13 sqq. — *vs.* 159. *Torquato et Taurea*] *Torquatorum* nomen in Fastis Consularibus nobile est, frequenter etiam *Tauri* ibi leguntur: nunquam tamen simul cum aliquo e Torquatorum familia. Porro nusquam in Fastis reperitur aliquis *Taurea*, quanquam commemoret Liv. XXIII. 8. 46 et 47, ut etiam XXVI. 15, Iubellium Taurcam, equitem Campanum nobilem. Itaque his nominibus indicantur, opinor, poenae, quibus illi, qui leges istas parum observarent, coercendi essent; *torquem* nempe, quo includi, et *tauream* (*bullepees*), quo verberari solerent. Ad tauream alludit etiam Plaut. *Asin.* II. 2. 107, ubi Taubm. et Gronov. *Aul.* IV. 1. 15, *Most.* IV. 1. 26. *Stich.* I. 2. 6. *Trin.* IV. 3. 4. Add. Iuven. VI. 492. — *omnia*] scil. *haec.* Cf. supra I. 2. 190. — *vs.* 161. *docere iam volo*] ita Plaut. *Mil.* II. 4. 1. „Praecepta facito ut memineris ... Cedo vel doctas, docebo." — *multarum palmarum*] dictionem Cic. *pro Rosc. Am.* 6. et Appul. *Metam.* X. (ed. Oud.) p. 726. iam transtulerunt ab eo, qui e certamine gladiatorio saepe victoriam reportavit. Sensu proprio usurpatur illud e. g. a Lamprid. *in Commod.* c. 12, ubi vid. Casaub. Cf. et inscriptio, quam exhibuit Oudendorp. in *Legat. Papenbr. Histor.* pag. 13. n. 11, quam vero eandem melius intellexisse videtur Canneg., vertens: *Apollonius victorias XLVIII: Zozime uxor.* — *vs.* 162. *iura instructissimum*] *iura* Graecismus est. Videtur etiam in hoc vocabulo lusus esse ex ambiguo. Cf. supra ad II. 1. 8. Caete-

Quoniam ita vultis, fiat: sed ubinam illi sunt socii atque adiutores tui?

SYCOFANTA, QUEROLUS.

Sy. Nosque praesto sumus, o parens ac patrone. Q. O Sycofanta, o Sardanapalle, haec vestra est religio? Sed causas iam hic praestitit, vos abite quolibet. Sy. Et nosmet scimus, Querole, quoniam TRIS EDACES DOMUS UNA NON CAPIT. Verum quasumus, viatici nobis aliquid ut aspergas, quoniam spem omnem amisimus. Q. Viaticum ego vobis? Quonam pro merito? Sy. Nos cum Mandrogeronte huc venimus. Q. Digna causa: mercedem vulnerum victus accipiat.

---

et Paris. *iure.* *quoniam ita*] C. Voss. *qm̄ ita.* (Sc. IV.) *nosque*] C. Vet. *nos quoque.* *quoniam*] C. Voss. *qm̄.* *tris edaces*] Pareus: *tris kai deca* (sic). *mandrogeronte*] Ms. Grut. *mandrote.* *digna*] C. Vet. *Oi digna.* *victus*] Gronov. *de pecun. vet.* IV. p. 388. *ictus.*

---

rum ut h. l. parasitus iurisperitus dicitur et supra (*vs.* 155.) ipsas leges ex parte se condidisse gloriatur, sic Plautus quoque de callido servo (*Epid.* III. 4. 86). „Legum atque iurium fictor, conditor cluet," et (ibid. II. 2. 107.) „hic ..., iura qui et leges tenet." — *pro magno*] ut virum in suo genere praestantissimum: nisi quis malit accipere: *pro magno*, scil. *pretio.*

Sc. IV. vs. 3. *causas praestitit*] excusavit se. Cf. Cic. *ad Att.* XI. 7. post med. — *vs.* 4. *tres edaces*] sententia notissima, sed quae vulgo ad duos refertur. e. g. εἰς οἶκος οὐ τρέφει δύο κύνας. — *vs.* 5. *aspergas*] Cf. supra II. 3. 90. et Cic. *pro Cluent.* 26. — *vs.* 7. *Quonam pro merito?... Digna causa*] Cf. Ter. *And.* V. 7. 3 et 19.

Quum ita vúltis, fiat. Séd socii ubinam átque adiutorés tui?

SCENA IV.

QUEROLUS, MANDROGERUS, ARBITER, SYCOPHANTA, SARDANAPALUS.

Sy. Nos quóque praesto sumus. 'O patrone mi ác (parens!

Q. O Sycophanta, o Sárdanapale! Ergo haéc est vestra (réligio?

Caúsas sed iam praéstitit hicce: vós abite, quó libet.

Sy. Nósmet scimus, trés edaces quód domus una nón capit.

Vérum aliquid ut adspérgas nobis, quaésumus, viátici:

'Omnem quoniam spem amisimus. Q. 'Ego vobis viáticum?

Quonám pro merito? Sy. Cúm Mandrogero huc vé- (nimus.

Q. Dígna causa! vúlnerum mercédem victus récipiat.

Pauca desiderantur.

— *vs.* 8. *vulnerum mercedem victus recipiat*] qui fraudes struens male succedit, is *vulnera pro mercede* habeat, ac dámnum, cuius ipse auctor sibi fuit, aequo animo patiatur. Fortasse tamen haec iam ad pannum istum huic fabulae adsutum, de quo mox, referenda sunt.

Hactenus, ut videtur, ipsa fabula. Adiectum est autem illi, tum in Codd., tum in antiquioribus editionibus, continua oratione fragmentum aliquod de aestimatione iniuriarum, quas parasiti in conviviis patiantur. *Latinitas vel eiusdem aetatis, cuius Comoedia, vel suppar est: oratio, ni fallor, paulo impeditior; non tamen ita, quin possit illa ab eodem auctore esse profecta. Verum ut mittamus auctorem, de quo, idemne fuerit an alius, ego profecto idoneus iudex non sum, certum est duntaxat, haec non suo loco esse posita, quinimo certum quoque illud arbitror, a tota fabula haec esse aliena. Etenim perperam illa pro fabulae exitu verbis Queroli (Sc. IV. 8.) esse subiecta, hoc certe iam primo obtutu planissimum est: quaerentibus vero alium locum, quo reponamus, aptior sane, quanquam inepta omnia loca, attamen aptior is erit locus, ubi (paulo supra) Mandrogerus legum parasiticarum peritum se, atque, ut iam doceat, paratum affirmat. Verum enimvero tum haec longe prolixiora sunt, quam quae etiam in illud colloquium conveniant; tum vero, quod maius est, ipsum argumentum aberrat. Mandrogerus enim ioculariter eas leges commemorat, quae videlicet officia parasitorum et poenas continerent; contra hoc fragmentum nulla onera, sed omnia ea exhibet, quae in illorum commodum usu essent constituta. Denique, unice manifestissimum quod equidem peregrinitatis indicium arbitror, possunt haec sane in versus cogi, sed, quod dico, cogenda sunt: neque ultro in numeros abeunt, neque, ut reliqua, ipsa lectione rhythmicam rationem illa produnt. Quapropter aut vehementer me fallit opinio, aut recentior aliquis (nescio an post Vitalem, nihil exhibentem huiusmodi), fabulam fine carentem aegre ferens, quum videret in extrema parte de parasitis et legibus parasi-*

ticis sermonem esse, reperiret autem alicubi fragmentum, ex eadem fere aetate oriundum, quodque de parasitis ageret et quodammodo legis vel edicti formam referret, illud huc subiiciendum censuit: quem errorem deinceps librarii secuti sint.

Quibus ita monitis, non tamen fragmentum omittendum duxi; tum quoniam penitus ignoro, hinc si relegemus illud, quo se iam convertat, ut hospitio excipiatur, tum vero quoniam habet illud revera, quo se commendet. Nam quantumvis parasitorum conditio e Comicis aliisque scriptoribus haud incerta sit, vereor tamen, ut alio loco plenior de cavendis ac puniendis iniuriis, quas paterentur illi, exhibeatur disquisitio. Ecce, igitur qualemcunque hunc pannum alienum!

Parasitus. In convivio si fuerit veste discissus, a rege convivii

---

— *Parasitus*] iungo cum sequentibus: nisi huc etiam pertineant verba in Mss. proxime praecedentia. Cf. ad Quer. V. 4. 8. De Graeco parasitorum nomine vid. Taubm. ad Plaut. *Asin.* IV. 1. intt. porro Nannius, *Miscell.* 1. 8. Vitae genus istorum, plagae atque iniuriae eleganter describuntur a Plaut. *Capt.* I. 1. *Men.* I. 1. *Pers.* I. 2 et 3. *Stich.* I. 3. Adde Ter. *Eun.* II. 2.

— *veste discissus*] Graecismus, quem reperias etiam apud Horat. *Serm.* I. 6. 74. *Epist.* I. 1. 56. Ter. autem in *Ad.* I. 2. 40. „discidit vestem, re„sarcietur." — *rege convivii*] C. Pith. adscr. *i. principe.* Mox iterum *rex convivii* dicitur, uti passim apud Latinos. Graecis est συμποσίαρχος: deinde idem Varroni *modimperator*, Horatio (*Carm.* II. 7. 25.) *arbiter bibendi*, Plauto *strategus* (cf. *Stich.* V. 4. 20 et 23), et *dictator:* vid. *Pers.* V. 1. 18; tum et saepe *magister* vocatur. Quae *magisteria* (Cic. *de Sen.* 14.) et *regna* (Horat. *Carm.* I. 4. 18.) antiquissimis populis, vel ipsis Hebraeis in usu fuisse, monuit Taubm. ad Plaut. *Pers.* l. l. Adde eundem ad

duplam mercedem reparationis accipiat. De livoribus in quadrantem solidi illius, de tumoribus in trientem poena transibit: quod si et tumor fuerit et livor, solidi unius bissem iure optimo consequetur. Unam vero unciam aposiae, hoc est excoctionis, contemplationis concedimus. Placuit autem ut etiam de plagis et vulneribus infixis summo strepitu criminali

---

Mil. II. 2. 9. — *reparationis*] vocabulum in rubrica Codicis VII. 63. et apud Symmachum, nec facile apud antiquiores, reperitur. Nam etiamapud Sallust. *Iug.* XXXI. § 8. *paratio*, non *reparatio*, legendum est. Vid. ibi Cortius. — *de livoribus*] scil. ex plagis. — *solidi illius*] Ritt. Par. Gronov. *de pec. vet.* 388, et Canneg. *solidi unius*, quibus adsentior. — *si et tumor*] C. Paris. *et si tumor;* C. Vet. recte omitt. *et.* — *bissem*] l. *bessem.* — *aposiae*] in marg. Cod. Voss. adscr. » *ἀπόζεμα, i. e. decoctum, idem, quod ἀπέψημα.*" Intelliguntur ergo medicamina in curando adhibita. Sic *zema* (a verbo *ζέειν*) pro olla dictum commemorat Salmas. ad *Hist. Aug.* II. 383: *apozimare* Du Cange in voce, ubi hunc etiam locum laudat. Improbat vero haec Gronov. l. l., *aposiae* ducens ab *ἀπωθέω*, vertens *exactionis.* — *hoc est excoctionis*] manifesta glossa. — *contemplationis*] Ritt. et Par. *contemplatione*, ut iungatur cum voc. *aposiae.* Attamen ut pharmacopolarum est, medicamina coquere, ita medicorum propria est inspectio, contemplatio. Itaque nescio, an iungendum sit vel ita: *unciam aposiae contemplationisque*, vel sic potius: *aposiae contemplationique concedimus.* Similiter enim Graecis a contemplando dicuntur *ὀπτήρια* tum dona, quae sponsa a sponso accipit, tum ea, quae donari solebant ab amicis, puerperam infantemque recens natum visentibus. — *placuit*] vocabulum in decretis Imperatorum frequenter usitatum. — *infixis*] C. Vet. *defixis*, Canneg. recte *inflictis.* — *summo*] C. Pith. melius, opinor, *summoto.* — *strepitu criminali*] C. Vet. Voss. Pith. et Paris. male *criminari.* Ritt. teste, Icti dicunt *cum strepitu* fieri, quae formam et figuram iudicii obtinent. Sane *strepitus* foro peculiaris est, itaque *criminalis strepitus* h. l. intelligitur fortasse publica in crimen inquisitio, quaestio perpetua de vi aut sicariis. — *nec*

amicorum praestetur inspectio ita, ut dodrantem solidi nec inspicientum gratia, nec largientis excedat humanitas. In loxu autem et ossibus loco motis usque ad deuncem solidi iniuriarum commodum placuit extendi. Iam porro de ossibus fractis placuit convenitque, ut in minutalibus, solidus: in principalibus vero ossibus argenti libra protenus traderetur. Quae autem vel principalia videri ossa debeant, vel minuta, medicorum tractatus inveniat. Si autem Parasitus amplius quam praefinitum est, postularit, plus petiti periculo stranguletur. Rex convivii iniuriarum merita etiam voluntariis decertationibus cogatur exsolvere, ita ut praemium criminosi mercedem transeat vulnerati. In tantum autem parasitis consuli iura voluerunt, ut si

---

inspicientum] (C. Pith. et Paris. melius *inspicientium*) *gratia, nec largientis humanitas*] neque arbitri in aestimando vulneris incommodo, neque ipse, qui plagam inflixit, ultra hanc pecuniam in parasitum conferant. *iniuriarum commodum*] lucrum, quod ex illatis iniuriis percipiunt parasiti. — *placuit*] C. Vet. *complacuit.* — *minutalibus*] minutis (mox *vel minuta*) parvis. Apud Iuven. XIV. 129. et Martial. XI. 32. 11. exstat similiter *minutal.* De his ossibus fractis vid. P. Faber in *Semestr.* l. 2. c. 16. p. 261. — *tractatus*] disceptatio, inquisitio, uti Paulus in l. 9. D. *de grad. et aff.* 38. 10. — *inveniat*] Pareus *inveniet.* — *plus petiti periculo stranguletur*] qui plus petebat, Iure Romano Ante-Iustinianeo causa cadebat. Cf. § 33. Inst. *de action.* IV. 6. Idem in parasitis obtinere dicitur. Quare, qui plus petat, angatur ille, *stranguletur*, metu, ne incidat in poenam plus petiti. Hic vocabuli sensus passim invenitur in Cod. Theod. (vid. Brisson. in voce) et in scriptoribus illius aetatis (vid. Symm. *Epist.* IV. 51, ibique Iuret.), quibus addenda est Quintiliani, ut ferunt, *Decl.* XII. init.: non vero Iuven. X. 12, quocum conf. ibid. vs. 56. *mergit.* — *voluntariis* (Canneg. *voluptuariis*) *decertationibus .... ut praemium criminosi mercedem transeat vulnerati*] locus obscurior. Intelligam fortasse licere, parasito, si velit, cum illo, qui sibi vulnus inflixit, decertare: eumque ita male mulcare, ut

vulneribus adflictus contestata lite defecerit, haeredibus eius paterni laboris ac meriti praemia non negentur. Quodsi parasitus, quamvis tractatus incommode, tamen de malis suis intestatus occiderit, heres agere non poterit. Qui causas mortis non reddiderit, insepultus abiiciatur. Et haec omnia sic constituimus, quasi inter hominum liberorum et aequalium lasciviens turba desaeviat. Nam si a patrono vel servo patroni Parasitus contra leges pertulerit iniuriam, habebit fugiendi liberam potestatem.

---

quod plagarum is e proelio auferat, id sui vulneris mercedem adeo superet. Verum utut est, haec non tanti sunt, ut diligentior inquisitio in iis ponenda videatur. Canneg. post *mercedem* addit *non*. Caeterum *criminosus*, ut supra Quer. I. 2. 54, et nonnunquam apud Ictos (cf. Brisson. in voce) is dici videtur, qui crimen perpetravit. — *contestata lite defecerit*] C. Pith. adscr. *s. pater parasitorum*. Quae glossa propter mox insequens *paterni laboris* interiecta videtur. Est autem illud de lite iniuriarum e Iure Romano, quo causa iniuriae, si lis contestata est, ad heredem transit; si quis contra *de malis suis intestatus*, i. e. opinor, lite non contestata, defecerit, ista cum obitu eius, qui iniuriam passus est, evanescit. Cf. e. g. § 1. Inst. *de perp. et temp. act.* IV. 12. — *paterni*] Canneg. f. *parti*. *qui causas mortis non reddiderit, insepultus abiiciatur*] quid sibi velint haec, non prorsus capio. Fortasse ita intelligenda sunt: qui, occiso parasito, non probat iustam causam, cur interfecerit, is omni malo dignus erit? vel spectant ea fortasse exsequias parasiti, quae, si ex vulnere obeat, cuius auctorem indicare noluerit, non curentur. Canneg. coniicit: *in sepulchrum abiic.* — *inter*] exigit sensus, ut addatur *se*, quod suadet Pareus, Ritt. autem vel illud, vel *interim*, *interea* aut *interdum* legi iubet. — *habebit fugiendi-potestatem*] liberto non licet patronum in ius vocare: cf. l. 8. et mult. sqq. D. *de in ius voc.* 2. 4. Atqui, cum servus patroni, ipse caput non habens, persona domini contineatur, misero liberto sola fuga superest. Eadem iam in parasito obtineant.

INDEX VERBORUM NOTABILIUM.

A.

Abdere, proiicere ..... pag. 189.
accommodare fidem ..... 7, 159.
ad, pro: in ..... 9.
adiértio ..... 30.
adspergo, praebeo ..... 109, 199.
ad tributum cogitare ..... 138.
adulterium de vini corrumpendi fa-
cinore ..... 130.
aedicula, sacellum ..... 81.
agelastus ..... 159.
alter, pro: alius ..... 69.
ambitor ..... 142.
anteluoare ..... 125.
aposia ..... 202.
attributum, adsignatio ..... 138.

B.

Bene, feliciter ..... 19.
balneae, balnea publica ..... 135.
balteus, in quo ferebatur pecunia .. 75.
barbarus, de Romano ..... 11.
bellus ..... 64, 87.
Bona Hora ..... 34.
bonum, an substantive? ..... 168.
bustum, de ipsis mortui reliquiis ... 6, 9,
19, 45, alibi.

C.

Calones, proprie sic dictus ..... 58.
calere, vigere ..... 156.
calida, (scil. aqua) ..... 129.
calumnia, criminatio ..... 170.
caneri, aestates ..... 59.
capitalis, magnus, gravis ..... 31.
castrare, pro privare ..... 131.
cautio est, cavetur ..... 152.
Censor, an de iudice? ..... 43.
chartas agere ..... 61.
circuitio ..... 189.
circumspector ..... 143.
claustrum, de operculo ..... 157.
collegium, convictus, consortio .... 3, 38.
comitas, prudentia ..... 83.
commendare, an deponere? ..... 17.
compaginare ..... 182.
condita ..... 62.
conditor iuris, de coquo ..... 77.
coniugatio, contubernium ..... 137.
consortes, sodales ..... 47.
consto, sto ..... 185.
contemplatio ..... 202.
convivator ..... 142.
cothurnus ..... 58.
criminosus, de maleficio ..... 30, 204.
Cynicus magister, de venatore .... 83.

D.

De, pro: post, de loco ..... 85.
deliciae, fastidia ..... 129.
deplorare, deprecari ..... 51.
destruere atque adserere ..... 4.
dibacchatio ..... 41, 139.
dirigo, mitto ..... 175.
dirus, superbus ..... 140.
disciplinae, ipsa opera ..... 10.

discretio..... 131.
divinus, vates..... 7, 87, 95.

E.

Ex, ante nomina magistratuum.... 140.
excipere ferrum..... 52.
exheredari, de frustrata spe..... 155.
exosus, passiva sign..... 62.
explodi, reiici..... 30.

F.

Fas est, licet..... 139.
fateri, praedicare..... 181.
fatigare, irridere..... 179.
fatum, de Lare..... 21, 22, 25.
fides, de eo, quod fidem facit... 7, 157.
formula, typus..... 133.
fortassis, affirmantis..... 173.
frequeo..... 148.
fuliginosus..... 74.
furcifer, de non servo..... 172.

G.

Genesis..... 117.
gesta, de actis publicis..... 109.
gravare aliquem..... 151.

H.

Habeat, formula iuris..... 48.
hinc, pro: de his, ex his. 5, 14, 38, passim.
hora, de opportuno temporis puncto. 122, 143.

I.

Iam nunc, statim..... 12, passim.
illaqueari..... 166.
ille, de domino..... 127.
illi, pro: illic..... 119.
impossibile..... 101.
impostor..... 75.
improbitas, impudentia..... 87.
improbus, impudens..... 109.
impune, gratis..... 25.
in, pro: ad..... 14.
indulgere, pro: impertire..... 5, 11.
indulgentia Principis..... 141.
inermes regulae..... 82.
ingratus, tristis, molestus..... 13, 17, 125, 149.
insanus, tumultuosus..... 60.
intercludi, penitus claudi..... 153.
intus, pro: intro..... 76, 122, 151.
inverso modio..... 134.
ioculare periurium..... 35.
irae, an lites?..... 128.
iudex, magistratus..... 59, 142.
ius gentium, de licentia nullis legibus compressa..... 54.
iustum, quod ex rerum natura contingit..... 44.
iuxta, prope..... 111.

L.

Laeta, de iocosis, ridiculis..... 192.
largiri et *largitio* Principis..... 68.
latrocinium, de violentia..... 54.
lectio, an pro dictione?..... 13.
limosus, sordidus..... 130.
lustrum, (λύματα)..... 123.

M.

Materia..... 13.
mecum, pro: penes me..... 4, 41, 50.
minutalis..... 203.
miserabilis pars..... 53.
momentum, quid astrologis..... 121.
motus..... 126.
municeps, an, qui munus gessit? 140.
mysteria, de Diis ignotis.. 26, 101, 103.
mysterium, illud, quod tegitur. 107, 163.

N.

Nequiter, impie..... 190.
nimis, valde..... 41.
non, pro: nonne..... 25, passim.
noster senex..... 167, 177.
nostra Graecia..... 56.
novelli, i. e. novi, iuvenes... 78, 174.

O.

Obsequia, quibus obsequi oportet.. 96.
obviare..... 75, 169.
officii princeps..... 141.
officium, de salutatione..... 23.

P.

Palam celare..... 17.
Pantomalus. ..... 45.
par de amica..... 40.
parasitus. ..... 201.
patus..... 54.
percolare, perpluere, de tectis..... 125.
periculosus, active..... 109, 124.
persuasio, passive..... 90.
pervolare, celeriter ire..... 111, 121.
phantasmata.. ..... 155.
pondera, de foetu..... 164.
pondus, de hernia..... 63.
populo, universe..... 13, 29.
potestas, de scientia..... 114.
praecolarior gratia..... 96.
praescriptio, exceptio..... 180.
praesentare..... 111.
praesidium, de thesauro.. 70, 169, 189.
praestigium..... 26, 54, passim.
privatus..... 53.
prodigiosus, male ominatus..... 79.
pseudothyrum. ..... 152.
publicare prodere..... 136.
pulsare fores..... 146.
pura domus, an vacuà?..... 9.
purifico, vacuefacio..... 145.

Q.

Quanti, pro quot..... 31, 137.
quod, ob quod..... 144.
quidquid libet, pro: quidlibet. 129, 149.

R.

Rancidus, fastidiosus, jracundus.... 124
rancisoere..... 158
recinere, an cantu reditum suadere? 159.
recognosco, agnosco..... 14, 191, 195.
redolere, nimis olere..... 157.
reflui carceres, de calceis..... 58.
reparatio..... 201.
respondere, praedicere..... 116.
responsa, proprium de vaticiniis. 19, 73, 116.
retineo. (scil. in memoria) 31, 145, 171.
Rex, de Imperatore..... 68.
rex convivii..... 201.
rotare, an turbare?..... 98.
rudis, novus..... 13.

S.

Satis, efficaciter..... 29.
secretum, opes absconditae.... 177, 193.
sedeo, de iudice..... 184.
severiter..... 184.
si vivo (in minis)..... 172.
soceri, de utroque uxoris parente... 33.
societas, commercium cum sodalibus,..... 41.
sola, planetarum curricula..... 99.
strangulari angi..... 203.
strepitus criminalis..... 202.
subrancidus. ..... 104.
synastria..... 123.

T.

Tacita fides, fideicommissum..... 7.
tempore, opportune..... 135.
togatus, ... 56, 140, 142.
totus, omnis..... 27, 37, 41, 55.
totum, τὸ πᾶν ..... 98.
tractatus, an disputatio?..... 203.
transverso, inopinato..... 69.
trepida, pro: trepidans..... 126.
tubuli..... 59, 143.
Tutela, de Lare et Penatibus..... 119.
tympanum, de tenui lamina..... 131.

U.

Ubique, per omnia..... 165.
ultimo, denique..... 185.
ultra, pro: ulterius..... 15.
una simul..... 89.

unde, pro: de quo..... 29.
unguentatus, sordidus..... 128.
urbane, callide..... 34, 64, 75.
urbanus, fraudulentus..... 76.
ut, pro: an..... 41.
uti foro, in foro regnare..... 65.

V.

Videre, curare..... 161.
visitare, inspicere..... 157.
vita, de eo, quod homines peculialiter curant..... 164.
vulcanosus..... 74.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

p. XIV.	ad loca e Salmas. laudata	*adde*	et ad Tertull. *de Pall.* p. 390.
XXIII.	(Gell. et Macr.) tollantur unci.		
—	III. vs. 286	*lege:*	III. vs. 226.
pag. 3.	post: versarentur.	—	Cf. etiam Auson. *Grat. Act.* (ed. Bip.) p. 287 extr.
— 7.	Act. V	—	V. 1. 15.
— —	Act. III	—	IV. 2. 23.
— 16.	vs. ult., quod	—	quam
— 17.	auri	—	auri
— 21.	vidi	—	vidi
— 26.	III. 3.	—	II. 3.
— 46.	Ritt. Laris	—	Ritt., et Anon. in Leidensi n. 501, Laris
— 83.	Act. V, 3	—	V. 3. 106.
— 85.	V. 3	—	V. 3. 100.
— 86.	*mado*	—	*modo*
— 87.	*risores*,	*adde*	in adnot. Barth. ad Stat. *Theb.* III. 694.
— 108.	*re-cogitur*	*lege:*	*re cogitur.*
— —	reponendum videtur	—	reposuit Koen.
— 116.	Canneg. a M.	—	Koen. et Canneg. a M.
— 129.	*v. m. vultu et labiis*	—	*v. m. vini in vultu*
— 148.	I. 4. 31.	—	II. 4. 31.
— 160.	*i rgas*	—	*virgas*
— 165.	οὐκ ἔςι λαβεῖν	—	vs. 1244. οὐκ ἔςι λαθεῖν
— 169.	*quasdam ubi vidi*	—	*quasdam vidi ubi*
— 177.	iocabar, equidem	—	iocabar equidem,

QUAESTIONES.

I.

SENECA, *Epist.* 56 init. »Peream, si est tam necessarium, quam »videtur, silentium in studia seposito." Contra QUINTILIANUS, *Inst. Orat.* X. 3. »Secretum atque liberum arbitris locum, et quam altissimum silentium, scribentibus maxime convenire nemo dubitaverit." Equidem verissimum hoc arbitror, nec tamen illud pro falso reiecerim; ita nempe, si cum eodem Seneca (*Epist.* 72.) diversa studiorum genera animadvertamus. »Quaedam enim sunt, quae possis et in cisio scribere: quae»dam lectum et otium et secretum desiderant." Ast vero ut secretum istud petamus, multi profecto nostrum, ipsam rem experti, cum Quintiliano affirmabunt »non audiendos esse, qui credunt, aptissima in hoc »*nemora silvasque;* quod illa coeli libertas, locorumque amoenitas, »sublimem animum et beatiorem spiritum parent. Mihi certe iucundus »hic magis, quam studiorum hortator, videtur esse secessus. Namque illa »ipsa, quae delectant, necesse est avocent ab intentione operis destinati.. »Quare silvarum amoenitas et praeterlabentia flumina et inspirantes ramis »arborum aurae, voluorumque cantus, et ipsa late circumspiciendi libertas, »ad se trahunt: ut mihi remittere potius voluptas ista videatur cogitatio»nem, quam intendere." Ergo quae istuc elaboranda transportantur, ex illo genere sint oportet, quae Seneca et in cisio recte scribi contendit.

II.

Platonem non intellexit VOLTAIRE (*Siècle de Louis XIV.* a. 1785.

III. p. 252) contendens: » *Un homme, qui saurait tout Platon, et qui* »*ne saurait que Platon, saurait peu et saurait mal.*" — Insunt enim in Platonis scriptis omnis humanitatis ac philosophiae foecundissima semina. Ast maximopere fallitur, si quis in viro, qui in omni vitae parte universam veri cognitionem diffundere laboravit, doctrinam istam (ἐπιστήμην), ad certam normam redactam, certisque limitibus circumscriptam, requirat, quam recentior aetas fere nomine philosophiae insignivit. Cf. inprimis VAN HEUSDE, Vir Celeb. *Initia Philos. Platonicae*, parte I. p. 45–68, coll. 69–74.

III.

Non adsentimur Viro doct. DEGEN, *Bemerkungen zum Theophilus*, p. 40 in adnot. contendenti, Memorabilia Socratis, quae Xenophonti auctori tribuuntur, et multos, qui feruntur, Platonis dialogos, ex ore Socratis et Platonis a discipulo quodam esse conscriptos.

IV.

Iure celebratur dictum illud Caroli Quinti Imperatoris, tot homines sibi in uno viro adesse videri, quot quisque diversas linguas teneret. Peregrinas linguas addiscendas esse, apprime suadet etiam popularibus DE STAËL HOLSTEIN, in elegantissimo opere, *Corinne* I. 297. Minus recte aliam hac de re sententiam amplecti videtur DE CONDILLAC, *Hist. Mod.* VI. p. 65.

V.

De scriptoribus antiquis »modeste et circumspecto iudicio pronuntiandum est, ne, quod plerisque accidit, damnent, quae non intelligunt. »Ac si necesse est in alteram errare partem, omnia eorum legentibus »placere, quam multa displicere, maluerim. QUINTIL. *Inst. Orat.* X. 1."

VI.

Solemus plerique suspicere ac magnanimitatis laudibus efferre Senatores

illos Romanos, qui, capta a Gallis Urbe, quisque in suarum aedium atrio trucidari se passi sunt. Ast videndum tamen, ne magnopere nos fallat ea res. Equidem sane, si constantiam virtutemque Romanorum ex ea tempestate praedicari oportet, nullus dubito, quin adsentiar potius egregio poëtae nostrati o. z. VAN HAREN, cui (*Geuzen*, XV extr.) hoc praeconio digni videbantur:

Niet sy, wier hart niet kon verduuren
De schae van huizen en van muuren,
Die stierven van der Gallen hand:
Maar sy, die 't *leven durfden lyden*,
Op hoop van eens in beetre tyden
Nog nut te syn aan 't Vaderland.

VII.

De adulterio Querolus: A. I. S. 2. vs. 72.

Hoc 'st, nec permitti nec prohiberi quod potest.

Minus recte quidem ille de adulterio, quo semper aliena iura violantur: verum quod ad morum licentiam impudicitiamque attinet, quae nec vi dolove, nec palam, agitur, teneant, velim, hunc versum, qui hodieque eiusmodi delicta certis legibus gravibusque poenis compescenda clamitant. Etenim non legibus ac poenis hac in re locus esse videtur; verum, si possint unquam ista e civitate tolli, ipsi turpitudinis infamiae atque indignationi omnium honorum hoc beneficium referendum erit.

VIII.

Iudicium, quod de philosophia tulit DE STAËL, *l'Allemagne*, III. p. 130. »*La philosophie fait connaître l'homme plutôt que les hommes. C'est* »*l'habitude de la société, qui seule nous apprend, quels sont les rap-* »*ports de notre esprit avec celui des autres*," in eam philosophiae disciplinam, quae recentiorum dogmatibus decretisque constituta est, oppido convenit: neque aberrat etiam a scholis illis, quae apud Antiquos floruerunt; verum a simplicissima illa Socratica philosophia prorsus alienum istud contendimus.

IX.

Omnis vera eruditio haurienda est e praeceptis illorum virorum, quos laudem meritis quaesitam e disciplinarum studio retulisse accepimus. Quos vero dum admiramur, iidem caveamus oportet, ne opiniones eorum, nullo neque ordine adhibito neque iudicio, in mentem nostram, tanquam in horreum, coniiciamus. Sic enim locus fuerit ingenioso monito, quo olim aliquem hac in re nimis sedulum reprehendit MONTAIGNE, *Essais* (1725), I. 24, p. 122, contendens: » *à recevoir tant de cervelles estrangères* » *et si fortes et si grandes il est necessaire que la sienne se foule, se* « *contraigne, et rappetisse, pour faire place aux autres.*"

X.

Magnum est illud Catonis effatum: » malle se virum bonum esse, quam » videri." At simul tamen tenendum est Platonis monitum (*de Legg.* XII. 150.) *χρὴ δὲ οὕποτε περὶ σμικροῦ ποιεῖσθαι τὸ δοκεῖν ἀγαθοὺς εἶναι τοῖς ἄλλοις ἢ μὴ δοκεῖν.*

XI.

Egregium est NIEBUHRII iudicium de Optimatum imperio (*Röm. Gesch.* I, 405.) » *Die Plebejer müssen empfinden, dass man sie als Gesindel* » *betrachtet; dies Gefühl hat alle Aristocratieën zerstöhrt, die, wenn* » *sie als liebende Väter geboten, wenn sie als weise Väter den her-* » *angewachsenen Kindern die Rechte bewilligt hätten, die sich nur* » *der Unmündigkeit versagen lassen, den Segen eines verehrten und* » *geliebten Alters hätten geniessen können.*"

XII.

Congruenter cum plurimorum hominum ingenio dixisse videtur TACIT. *Agric.* c. 42. » proprium humani generis est odisse, quem laeseris." Idem recte confitetur SENECA, *de Ira*, II. 33 init.




JAN 13 1911

La 35.198
Querolus, sive Aulularia :
Widener Library
006383009
3 2044 085 183 341